



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Disp. VIII. De Providentia Dei

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](#)

DISPUTATIO VIII.

De Providentia Dei.

Ad questionem 22. prima pars

DE Providentia divina eleganter & eru-
ditie differunt SS. Patres, Ambrosius, lib.
1. offic. cap. 13. Nisenus lib. 8. phisiol.
Nanzenus duplice carmine de providentia,
Carissimum homil. 9. ad populum, & in li-
bido de Providentia. Damascenus lib. 1. de fide
omnib. cap. 27 usque ad 30. Augustinus 5. de B
cim. cap. 9. 10. & 1. Theodoreto in sermonibus
de providentia, & Salvianus in octo libris quos
de eius eleganti stylo conficerit. De hoc etiam di-
vino attributo agit S. Thomas cum magistro in
lib. 19. Tertio contra gent. cap. 7. & lequen-
tibus. Questione 5. de verit. & hic quæst. 22.
Nos etiam breviter & succinctè in hac d'puta-
tione de illa differemus, & quæ Sancti illi Patres,
eleganti acfusori styllo tradunt, ad ordinem &
methodum scholasticam reducemus.

ARTICULUS I.

An in Deo sit necessariò ponenda Providentia,
& ad quam illa se extendat?

Circa divinam providentiam multipliciter
erraverunt antiqui Philosophi. Quidam e-
nim existimantes, omnia à casu & fortuna, vel ex
necessitate, aut ex cunctitate naturæ provenire,
providentiam omnino negant. Alii vero illam
miseram & mancam fecerunt, concedentes Deo
providentiam de rebus quantum ad earum spe-
cies, non autem quantum ad individua quæ cor-
ruptibilia sunt. In quorum persona dicitur Job
11. *Nubes latitudine que, & circa cardines cœli per-
ambulat; neque nostra considerat.* In hoc errore
fuisse Aristotelem, censent aliqui quos refert &
sequitur Vazquez h̄c disp. 6.4. & 8.7. Sed oppo-
nunt D. Thomas, tum sibi quæst. 14.
art. 1. ubi ait Philosophum non negare Deo
scientiam contingentium. Tum etiam 3. contra
Gent. cap. 75. ubi postquam variis rationibus
olendit quod providentia divina sit singula-
rium contingentium, fine capituli ait: *Per hoc
extremum excluditur opinio quorundam, qui dixerunt
quod divina providentia non se extendit usque ad bac-
hæfugia: quam quidem opinionem quidam Aristote-
lemonstrant, siue ex verbis ejus haberi non posse.*

Tertium errorum refert idem S. Doctor h̄c
art. ex Rabino Moyle, qui negabat Deo pro-
videntiam horum inferiorum, solis exceptis ho-
minibus, propter similitudinem divinam quam
participant.

Quatus denique error fuit Ciceronis, qui ut
refert Augustinus, ubi supra, negavit Deo pro-
videntiam eorum quæ pendent à libero arbitrio,
quia putabat eam pugnare cum libertate.
Eundem errorum attribuit D. Thomas 3. contra
Gent. cap. 82. Origeni, & quibusdam antiquis
Philosophis, qui non intelligentes qualiter motum
volantem Deum in nobis causare possit, absque præjudi-
cione. Tom. I.

Acio libertatis, dixerunt quod providentia non est de his
qua subsunt libero arbitrio, scilicet de electionibus, sed
quod illa solum refertur ad exteriore eventus.

Utergo hi errores efficaciter confurentur,
breviter demonstrandum est; Primo in Deo es-
se providentiam. Secundo illam esse perfectam,
& se extendere non solum ad species rerum, sed
etiam ad individua, quamvis corruptibilia; &
numerum imperfectorum etiam an malum, ab
aeterno esse à Deo præordinatum, & prædefini-
tum. Tertiò non solum res naturales & necessa-
rias, sed etiam contingentes & liberas, divinæ
subesse providentiae, eamque illarum liberta-
tem & contingentiam non destruere, sed
afruere.

§. I.

Ostenditur perfectam esse in Deo rerum crea-
rum providentiam.

Dico primò, stando tam principiis fidei,
quam luminis naturalis, negari non posse,
esse in Deo providentiam.

Probatur primò conclusio ex variis Scriptu-
rae testimoniosis. Dicitur enim Sapientia 7. Attin-
git à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia sua-
riter. Et cap. 14. Tua autem Pater providentia gu-
bernat. Mat. 6. Respicite volatilia cœli, quoniam
non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea;
& Pater vestre cœlestis pascit illa. In Psalmis etiam
sæpè fit mentio providentiae & cura quam Deus
habet creaturarum corruptibilium: Psal. 103.
106. 134. & alii. Videatur Augustinus tam loco
citato, quam libro 5. de Genesi ad litteram c. 21.

Probatur secundò conclusio ex ipso nomine
Dei, quod ut docet D. Thomas supra quæst. 13.
art. 8. & 1. contra Gent. cap. 46. ab universali
rerum omnium providentia fuit impositum;
nam ut dicit Damascenus lib. 1. de fide cap. 11.
hoc nomen διός, quod secundum Græcos Deum
significat, dicitur ἀπόθεομενος, quod significat
considero, seu provideo. Hinc aliquid ex antiquis
Deum πρόδοτης, id est providentiam, appella-
bant, & Dionysius 10. de divin. nomin. ait Dei-
tatem esse quæ omnia videt providentia & bo-
nitate perfecta.

Tertiò demonstrari potest conclusio omnibus
argumentis, quibus in Tractatu de attributis,
Dei existentiam ostendimus, ex illis enim etiam
concluditur Dei providentia, ut recte ait Ne-
mesius lib. de facultate animæ c. 42. Unde meri-
ritò Lactantius deridet Epicurum, quod Deum
esse dixerit, & tamen providentiam omnem ne-
gaverit. Quo enim, inquit, quid repugnant dici
posset non video. Etenim si est Deus, utique providens est
ut Deus, nec aliter potest Divinitas tribui, nisi & præ-
terita teneat, & praefutura sciat, & futura prospiciat.

Cum igitur providentiam sustulit, & Deum negavit:
cum autem Deum esse professus est, & providentiam si-
mul esse concepsit; alterum enim sine altero, nec es-
se prorsus nec intelligi potest. Quare non defundit
alii qui merito credant, Epicurum verbis tan-
tum & declinanda solum invidice cau-
sa, Deos admisimus quos prius negaverat: si enim
rogaretur unde noverit Deum esse, quid a-
liud respondere posset, nisi ex ejus effectibus,
Deum enim nemo vidit umquam: At ex iisdem
effectibus noscat etiam Dei providentiam ne-
cessaria est: Vel igitur nullus est Deus, vel est ali-

qua providentia, quæ mundum istum modera-
tur & regat.

5 Quarò potest divina providentia probari ex ordine partium universi, & stabilitate ejusdem ordinis: Quod enim est à casu, est inordinatum, instabile, & inconstans: At mundi partes ordinatissimæ sunt, & hic ordo semper perseverat: Ergo mundus non à casu & fortuitò, sed à sapientissimo aliquo gubernatore regitur. Quomodo (inquit Damascenus) adversantes naturæ, ignis dico & aquæ, aeris & terra, in unius mundi complementum concurrent ad invicem, & sine dissoluzione perdurarent, nisi quæpæt omnipotens virtus, & ea coniuncti, & semper conservaret indisoluta. Eodem discursu utitur Athanasius libro contra Gentiles, ubi fusè demonstrat, quod non possetordo universi in tanta partium diversitate, imò pugna continua, permanere, nisi aliqua suprema intelligentia, summo consilio & sapientiæ illi perpetuata coniuleret. Quod explicat exemplo civitatis, vel exercitus, in quibus non posset diu pax & tranquillitas conservari, nisi esset aliquis Princeps, vel Magistratus, qui omnes in officio contineret, & tali paci & tranquillitatì prospiceret: Unde olim Aristoteles, vel quisquis est author libri de mundo, dixit, quærens quid sit Deus, ac definiens, Hoc in mundo illum esse, quod innati gubernator, quod in curru auriga, in choro præcentor, dux in urbe, Imperator in exercitu. Et Boëtius lib. 4. de confolat. sic Deum alloquuntur :

O qui perpetuā mundum ratione gubernas:
Terrarum cœlique sator, qui tempus ab ævo
Ire jubes, stabilisque manens, das cuncta moveri.

6 Quintò, si Deus non haberet providentiam rerum, vel hoc esset, quia eas non cognosceret, vel quia eis providere non posset, vel quia nolleret. Primum derogat ejus infinita sapientia, secundum ejus omnipotentia, tertium ejus bonitati: Ergo est in Deo providentia. Unde Isaïa 40. Appendix tribus digitis mglem terra, quod Sancti Patres explicant de tribus illis attributis, potentia scilicet, sapientia, & bonitate, & quæ sunt perfectam providentiam perficiunt, & quæ sunt veluti tres dīgitī manus Dei, quibus omnia ad extra operatur. Eandem providentiam olim Ägyptii per sceptrum cuius fastigio fulgentissimus oculus supereminebat, repræsentarunt: quia omnia quæ Deus infinita suâ virtute condidit, fulgentissimo luce sapientia & providentia oculo lustrat, futuraque prospicit, præfentia intuetur, & præterita tenet.

7 Sextò funditus evertitur religio, si nulla admittatur in Deo providentia, ut enim ait Laurentius de ira Dei cap. 8. Si Deus nihil unquam boni tribuit, si colentium obsequio nullam gratiam resert, quid tam vanum, tam stultum, quam templa adificare, sacrificia facere, dona conferre, rem familiarem minuere, ut nihil assequamur? Et Cicero i. de natura Deorum: Si Dii neque possunt nos juvare, nec volunt, nec curant omnino, quid ullos Dii immortalibus cultus, honores, preces exhibemus?

8 Septimò dari providentiam evincit natura-
lis omnium inclinatio: in repentinis enim pertur-
bationibus (ut reccè Nemelius) sine electione &
anim. deliberatione, Dei numen invocamus, velut natura
nos sine doctrina ad Dei opem perducente. Vel ut
Apol. egregie Tertullianus: Anima licet carcere cor-
poris pressa, licet institutionibus pravis conscripta,

A licet libidinibus ac concupiscentiis evigorata, licet salta Diu ex ancilla, cum tamen respicit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valetudine, & sanitatem suam patitur, Deum nominat, & quod Deus dederit, omnium vox est, Iudicem quoque contestatur illam ex. Ergo ex instato quadam naturæ impetu, Dei providentiam profiteatur. Quidquid autem naturaliter quæcumque rem in equitum (inquit Nemesius) in eo tanta vis est ad demonstrandum, ut contra dicin nihil posse: Ergo nec contra Dei providentiam.

Demum suaderi potest conclusio triplici ratione D. Thomæ. Prima quam habet hic art. sic potest proponi. In Deo reperitur ratio ordinis rerum in finem: Ergo & providentia. Pater B consequentia ex definitione Boëtii communiter recepta inter Theologos, quod scilicet Providentia sit ratio ordinis rerum in finem, iumenta provisoria existens, vel ut loquitur Boëtius: Divinarum in summo omnium Principi constituta, que cuncta disponit. Antecedens vero probatur. Quidquid perfectionis & bonitatis est in creaturis, et in Deo, & à Deo, tanquam à causa prima: At in creaturis non tantum est perfectio & bonitas substantia rei, sed etiam ratio ordinis in suis finibus, quæ bonum quoddam est: Ergo etiam hæc est à Deo tanquam à causa ordinante & causante.

Secunda habetur infra quest. 03. art. 1. ubi S. Doctor sic discutit: Convenit summae Dei bonitati quod res productas ad perfectum perdat: ultima autem perfectio uniuscujusque in consecutione finis: Ergo ad divinam beatitudinem pertinet, quod sicut produxit res in elle, ita etiam eas ad finem perducat, quod esseas gubernare.

Tertia quæ sumitur ex libro tertio contra Gentiles, cap. 75. sic à D. Thoma proponitur. Omnes & usq; secunda in hoc quod causa existunt, dominum similitudinem consequuntur: inventur autem hoc communiter in causis produtibus aliquid, quod curam habent eorum quæ producent; sicut animalia naturaliter nutrita sunt: Deus igitur curat habet eorum quorum causa existit. Eandem rationem eleganter prosequitur Theodoretus serm. i. de Providentia, his verbis: Cum omnis in nos rerum bonarum amor, ex illius bono amore descendat, ipse enim est fons & origo cunctorum. Et quia in ipso, ut scriptum est, vivimus, movemur & sumus: id ipso utique affectum omnem quo pignora amamus, accipimus. Totus autem mundus, & totum humanum genus, pignus est Creatoris sui; & ideo ex hoc quaque affectu quo amore nos fecit pignora nostra, intelligere nos voluit, quantum ipse amaret pignora sua. Item Ambrosius lib. 1. de officiis cap. 13. Quis operator (inquit) negligat operis sui curam? Quis defrater & delitiat quod ipse condidit, putatis: si iniuria est regere, nonne major iniuria est fecisse? Cum aliquid non fecisse, nulla iniuria est, non curare quod feceris, summa clemencia.

§. II.

Demonstratur providentiam Dei esse perfectissimam, illamque ad singularia, etiam corruptibilia, se extenderet, & vilium etiam animalium numerum praordinare ac prædefinire.

Dico secundò: divina providentia non solum se extendit ad species rerum, creaturam,

rum, sed etiam ad individua quæ corruptioni A
subditur. Probatur: nam ut alè pro more philosopha-
tus Ang. l. c. Doctor h. c. art. 2. Cùm agens a-
gu proprieatem, tantum se extendit ordinata-
vocatum in finem, quantum se extendit
causalitas primi agentis: causalitas autem Dei,
qui est primum agens, se extendit usq; ad omnia
causa, non solum quantum ad principia speciei,
sed etiam quantum ad individualia principia,
non solum incorruptibilium, sed etiam cor-
ruptionib; Ergo ad illa etiam se extendit di-
videntia.

B Secundo. Hæc est differentia inter cognitio-
nem speculativam & practicam, quod cognitio
speculativa, & ad ea quæ ipsam pertinent, per-
tinet in universali: ea vero quæ pertinent
ad operationem practicam, pertinunt in par-
ticulari: nam finis speculativa est veritas, quæ
primo & per se in immaterialibus & universalis
bucunifili; finis vero practicæ est operatio,
quæ circa singularia. Unde medicus non cu-
ratur hominem in universali, sed hunc hominem,
& hoc tota scientia medicina ordinata:
curat autem, quod providentia ad practicam
operationem pertinet, cùm sit ordinativa rerum
in fine: esset igitur imperfecta Dei providen-
tia in universalibus tantum constaret, & us-
que ad singularia non pertingeret.

C Tertio. Cùm providentia sit ordinativa re-
rum in fine, ad eam pertinet respicere non so-
lum fines, sed etiam ea quæ sunt ad finem: Sed
talis est ratio in comparatione rerum, ut acci-
denta sunt propter substantias quibus perfici-
untur, materia propter formam, & singularia
propter universalia, sed individua propter spe-
ciei conservationem: Ergo divinæ providentiaz
subiecti, non solum species rerum creaturarum,
sed etiam singularia, nèdum incorruptibilia &
necessaria, sed etiam corruptibilia & contin-
gentia.

D Denique, ut ibidem discurreat Angelicus Do-
ctor, stulta est providentia alicujus, qui non cu-
ratur quibus ea quæ curat non possunt esse:
curat autem quod si omnia particularia defi-
cient, quod universalia eorum remanere non
posse: it igitur Deus universalia tantum curat,
singularia vero omnino derelinquit, stulta &
imperfecta erit ejus providentia.

E Dico tertio: Deum suā infinitā providentiā,
ab ēterno præordinasse & prædefinisse, non
solum species, sed etiam numerum vilissimorum
animalium: puta pulicūm, muscarūm, & simi-
lium, quæ ex puri materia generantur. Est con-
tra Bellarmīnum & Joannem Marianum lib. 2.,
de morte & immortalitate cap. 23. qui (ut refert
Sylvius in opusculo de primo motore) docent
numerum culicūm, pulicūm, muscarūm, ver-
mīnum, & aliorum imperfectorum animalium,
non esse ab ēterno à Deo præordinatum, &
prædefinitum.

Nostra tamen conclusio est omnino certa, nec
videtur posse negari sine præjudicio fidei: omnia
cumque Deus in tempore producit, ab ēterno
sunt infinita providentiā præordinavit & præde-
finivit; nam operatur omnia secundum consilium vo-
luntatis sua, ut dicit Apostolus: Atqui Deus om-
nia animalia quantumcumq; vilia & imperfecta,
producit & causat in tempore, non solum
quantum ad speciem, sed etiam quantum ad nu-
merum: est enim creator omnium visibilium &

invisibilium, ut contra Manichæos in primo
Symboli articulo profitetur Ecclesia: Ergo illo-
rum speciem & numerum, suā infinitā provi-
dentiā, ab ēterno præordinavit & prædefinivit.

Hanc rationē tangit S. Thomas 3. contra
Gentes cap. 94. his verbis: Cām Deus fit omnium
existentium causa, rebus omnibus conferens esse, o-
portet quod sua providentia ordo res omnes completa-
tur; & quod Deus sua sapientia præmeditatione sem-
piterne, omnia ordinet, quantumcumque minima vi-
deantur. Unde Christus Matth 6. & 10 & Lucæ
11 ita commendat nobis Dei providentiam, ut
doceat, nec volatilia cœli, nec hortorum lilia;
nec fœnum agri, nec capillos capitum, exemptos
esse à Dei cura & providentia; adeò ut nec unum
eorum cadat aut pereat sine voluntate Patris.
Hinc Hieronymus in vita Pauli Eremitæ, Anto-
nium sic orantem inducit: Deus sine cuius nutu, sent.
nec folium arboris defluit, nec unus passer in terram 281.
cadit, da illis sicut tu sis. Et Prosper libro senten-
tiarum ex Augustino: Cām Salvator dicit unum
passerem non cadere in terram sine voluntate Dei, &
quod fœnum agri, quod post paululum mirandum est
in cibarium, ipse tamen formet ac vestiat: nonne
conferat, non solum istam mundi partem, rebus mor-
talibus & corruptibilibus depuratam, verum etiam
viliissimas ejus abjectissimasque particulas, divinā
providentiā regi; ne fortius perturbari motibus,
ea quorū causas comprehendere non possumus, asti-
memus?

Cui consonat illud quod habet ipse
Augustinus in libro 10. de Civit. cap. 14.
ubi refert sententiam Plotini Platonici, qui
providentiam Dei, Vñque ad hec terrena & ima-
pertingere, foliorum, atque foliorum pulchritu-
dine, comprobat: que omnia quasi abjecta & ve-
locissimè percuntia, decentissimos formarum suarum
numeros habere non posse confirmat, nisi inde for-
mentur, ubi forma intelligibilis, & incommutabilis
simil habens omnia perseverat. Et lib. 1. cap. 22.
demonstrat in rebus etiam minimis mirum in
modum divinæ sapientiam & providen-
tiā relucere: Deus (inquit) ita artifex est
magnus in magnis, ut minor non sit in parvis, quæ
parva, non granditate, quæ nulla est, sed artificis
sapientiā metienda sunt: sicut in specie vilissimorum
hominum, si unum radatur supercilium, quam propemo-
dum nihil corporis, & quam multum detrahitur pul-
chritudini, quoniam non mole constat, sed parilitate
ac dimensione membrorum. Addit hæc non minus
conferre ad perfectionem universi, quam maxi-
ma, nobisque esse utilissima. Unde Manichæos
divinorum operum virtuperatores, initio ejus-
dem capituli, sic retundit: Nec attendunt (in-
quit) quām in suis locis naturisque rigeant (hæc
minima) pulchroque ordine disponantur, quantum-
que universtitati rerum, suis portionibus, decoris, tan-
quam in communem rem publicam conferant, vel no-
bus ipsis, si eis congruerat atque scienter utamur, com-
moditatis attribuant; ita ut venena ipsa qua per inconvenientiam perniciosa sunt, convenienter adhi-
bita, in salubria medicamenta vertantur. Demum
Bernardus in Tractatu de libero arbitrio lo-
quens de providentia Dei, ait quod attingit à
fine usque ad finem, hoc est à summo celo, usque ad
inferiores partes terra, & a maximo Angelo usque ad
vilissimum vermiculum.

E Ratio etiā id suadet: Cūm omnia divina provi-
dentiā duo includat, & esse causam rerum, & eas
ordinate in finem, sub utraq; ratione infinita est:
Ergo sicut in quantum est causa, non est limitata
ad aliquod genus entis, sed est causativa en-
tis in

tis in quantum ens: Ergo quidquid est ens quo-
cumque modo, sub illa continetur sub utraque
ratione, & quatenus causativa est, & quatenus
gubernativa. Ita paucis verbis, sed efficacissimis,
D. Thomas 3. contra Gent. cap. 92. probat nihil
accidere posse homini, præter divinam provi-
dentialiam, quæ (inquit) est gubernativa, sicut fa-
etiva entis in quantum ens, unde oportet quod omnia
sub se contineat.

§. III.

Demonstratur divinam Providentiam, ad res huma-
nas, liberas, & contingentes se extendere; nec
tamen earum libertatem aut con-
tingentiam tollere.

Dico quartò: Deus non solum habet provi-
dentialium rerum naturalium, sed etiam hu-
manarum & contingentium; eamque non de-
struere, sed potius astringere illarum contingen-
tiam & libertatem.

Probatur prima pars contra Ciceronem, qui
ut inquit S. Thomas h̄c art. 2. ad 4. Res huma-
nas de quibus consiliamur, divina providentia subtra-
xit. In primis enim quanto aliqua sunt in univer-
so nobiliora, tanto plus participant ordinis in
quo bonum universi consistit. Si igitur res natu-
rales, & quoad substantiam, & quoad operatio-
nem, cadunt sub ordine divinae Providentiae,
multò magis homo cum operationibus suis.

Deinde, Quæ sunt propinquiora fini, magis
sub ordine continentur qui est ad finem, quam
remotiora, quia illis mediis alia ordinantur ad
finem: Sed homines, eorumque operationes,
propinquius ordinantur ad Deum sicut ad finem,
quam actiones aliarum rerum naturalium:
Ergo magis subeunt ordinem divinae providen-
tiae, quam res naturales.

Præterea, Gubernatio divinae providentiae
ex amore divino provenit, quo Deus tanquam
prima causa res se factas, & a se dependentes
amat. Quanto ergo Deus aliqua majori a-
more prosequitur, tanto magis sub ejus pro-
videntia cadunt: certum est autem quod magis
homines amat, quam res naturales, ut patet
ex effectu, quia posteriora eis bona contulit: I-
gitur specialem habet de illis curam & provi-
dentialium. Unde Hieronymus: Non simus tam
fatui adulatores Dei, ut dum potentiam ejus etiam ad
imaderrahimus, in nosipsoinjuriis simus, eandem
rationabilium quam irrationalium providentiam
esse dicentes.

Dicique, Deus curam & providentiam habet
eorum quorum est causa, ut constat ex supra di-
ctis: Atqui Deus est causa non solum rerum na-
turalium, sed etiam liberarum & contingentium:
Ergo earum curam & providentiam ha-
bet.

Quod autem illa non destruat, sed potius a-
stringat earum libertatem & contingentiam, mul-
tipliciter demonstrari potest. In primis enim, ut
arguit D. Thomas h̄c art. 4. in argumento sed
contra: Corrumperet naturam rerum non est di-
vinæ providentiae, ut inquit Dionysius cap. 4. de
divin. nomin. Hoc autem habet quarundam
rerum natura, ut libere & contingentia operen-
tur: Ergo divina providentia rerum libertatem
& contingentiam non tollit, sed ut at Augusti-
nus: Sic administrat omnia quæ creavit, ut etiam ipsa
proprios exercere & agere motus finiat.

Secundò, ut discurrat idem Doctor Angelicus

3. contra Gentes cap. 72. Operatio providentia
quæ Deus operatur in rebus, non excludit ca-
sus secundas, sed per eas impletur, in quantum
agunt virtute Dei: Ex causis autem proximis,
liqui effectus dicuntur necessarii, vel con-
tingentes, non autem ex remotis causis: nam fructi-
ficatio plantæ est effectus contingens, proper
causam proximam quæ est vis germinativa, quæ
potest impedi & deficere, quamvis causa remo-
ta, scilicet Sol, sit causa ex necessitate agens.
Cùm igitur inter causas proximas multæ in
quæ deficere possunt, non omnes effectus qui
providentia subduntur, erunt necessarii, sed
plurimi contingentes.

Tertiò, Ad divinam providentiam pertinet,
ut rebus utatur secundum modum earum (in-
quit idem S. Doctor capite sequenti, ratione se-
cundâ) Modus autem agendi cuiuslibet rei,
consequitur formam ejus quæ est principia ma-
tio: forma vero per quam agit voluntatis
agens, non est determinata, agit enim voluntas
per formam apprehensam ab intellectu (nam
bonum apprehensum movet voluntatem ut quo
objectum) intellectus autem non habet unam
formam effectus determinatam, sed de ratione
ejus est ut multitudinem formarum compre-
hendat, & proper hoc voluntas multiformis
effectus producere potest: Non igitur ad ratio-
nem providentiae pertinet, quod excludat lib-
ertatem voluntatis.

Deniq; providentia divina, ut ibidem inquit
S. Thomas, est multiplicativa bonorum in rebus
gubernatis; Illud ergo per quod multa bona ab-
traherentur à rebus, non pertinet ad providen-
tiam: si autem libertas voluntatis tolleretur, mul-
ta bona abtraherentur tolleretur enim laus vi-
tutis humanæ, quæ nulla est, si homo liberè non
agit: tolleretur etiam iustitia præmiantis &
punientis, si non liberè homo ageret bonum vel
malum: cessaret etiam circumspectio in consiliis,
qua de his quæ ex necessitate aguntur fluidi
tentarentur: Esset igitur contra providentiam
non subtraheretur voluntatis libertas.

Hinc est quod Sapientia 8. divina Sapientia at-
tingere dicitur à fine usq; ad finem forriter (quia in-
fallibiliter propositum finem consequitur & dis-
ponere omnia suaviter: quia nec rerum contingen-
tiæ, nec humana voluntatis libertam determi-
natione impedit, sed potius efficit: movet enim
& applicat res omnes creatas ad operandum,
conformiter ad earum naturam & conditionem:
Si quidem determinat res naturales ad unum
per modum naturæ, & sine indifferente & po-
tentia ad oppositum, ut exigit illarum natura &
inclinatio. Liberas vero ad unum per modum
liberi, ut exposcit illarum conditio: id est sub in-
differentia objectiva judicii, quæ est proxima
radix libertatis, & retinendo semper potentiam
ad oppositum. Erin h̄c sensu verificatur illud
Ecclesiastici 15. Deus ab initio constituit hominem in
manu consilii sui: quatenus scilicet, ei non prefig-
tur virtus operativa, determinativa ad unum, sicut
rebus naturalibus, ut explicat D. Thomas h̄c
art. 2. ad 4. Ex hoc etiam intelliges illud Sa-
pient. 12. Tu autem Deminator virtutis cum tranquillitate
(sive ut habet versio Graca, tranquillitate)
judicas, & cum magna reverentia disponis nos. Di-
vina enim providentia de nobis cum magna re-
verentia, tranquillitate, & suavitate disponit,
quatenus nullam nobis infert necessitatem, vel
coactionem, sed nos movet & applicat ad agen-
tium

dum conformiter ad nostram naturam & con-
ditionem, servando omnia iura libertatis crea-
toris: modo explicato, & magis exponendo Tra-
duxi sequenti, ubi de concordia creatae liber-
tatis cum divina providentia & praedestinatio-
ne, fuisse agemus.

§. IV.

*In superiorum fallacia & cavillationes contra divinam
Providentiam evertuntur.*

A Objecies primò: In Deo non est sollicitudo: Ego nec providentia. Patet Consequen-
tia, quia providentia necessario exigit sollici-
tudinem de rebus provis. Antecedens autem pro-
bum. Sollicitudo est causa laboris & anxietati-
atis. At Deus, cum sit summè beatus, horum non
est capa: Ergo nec sollicitudinis.

B Respondeo ex D. Thoma h̄c art. 1. ad 1. in
Dote perit providentiam, sicut & prudentiam,
scientiam, quantum ad id quod perfectionis
naturalitatis est, & secundum quod intelligit,
aliquis & gubernat, scilicet imperfectionibus
inquisitionis, consultationis, sollicitudinis &c.
Quæ reperiuntur in nobis ex imperfectione no-
stræ intellectus. In cuius rei typum vidit Jacob
scalam, cuius culmen cœlū pertinebat, ipsumq;
Deum scalæ innixum: non quid ex mundi re-
gimine, qui per hanc scalam significatur, quasi
fatigatus super eam requiesceret, & vites immi-
nentes echeret: sed quid ab illo illa turbatio-
ne & sollicitudine, totus semper rerum omnia
gubernationi in cumbat, totusq; in hominum
salute invigilat. Innixus scalæ appetat (inquit Au-
gustinus) ut scalam teneat & regat. Innititur scalæ,
non ut quisca, sed ut operis suo, mundi regimini to-
tus inambore videatur.

Objecies secundò: Ad providentiam perfec-
tissimam, qualis est divina, pertinet fovere &
protegi bonum, & fugare malum: At Deus,
cum possit, non fugat malum à creaturis, sed
potius illud intendit, vel latenter permittit: Ergo
non habet de illis providentiam.

C Respondeo cum eodem D. Thoma h̄c art. 2.
ad 2. & 3. contra Gentes cap. 71. aliter judican-
dum esse de provisore particulari, qui habet cu-
tam vel providentiam aliquis rei particularis,
& de eo qui habet providentiam universalem.
Pater enim fugat mala & defectus rerum de qui-
bus providerit, quantum potest: quia sic exigit
bonitas & perfectio rei. Secundus vero permit-
tit mala & defectus in aliis quibus particularibus,
propter bonum totius, ad cuius conservatio-
nem principaliter attendit. Ut enim egregie
dicitur idem S. Doctor loco citat. contra Gen-
tes: *Multa bona sunt in rebus, que nisi mala essent,*
locum non haberent. Sicut non esset patientia justi-
tia, non esset malignitas persequitio; nec esset
laus iustitia vindicativa, si delicta non essent. In re-
bus etiam naturalibus, non esset unius generatio, nisi
est alterius corruptio: Si ergo malum tot aliter ab u-
niversitate rerum per divinam providentiam exclude-
retur, oportere etiam bonorum multitudinem dimi-
nuire. Additum in fine: quod si malum à quibusdam par-
tibus universi subtraheretur, multum depriveret perse-
ptionem universi, cuius pulchritudo ex ordinata bonorum
& malorum adamatione confurgit, dum mala ex bo-
ni deficiensibus provenient, & unum ex eis quadam
bona consequatur ex providentia gubernantis: sicut
& scienti interpositio, facit camillenam esse suavem.

D Unde Isaiae 40. juxta editionem Septuaginta In-
terpretum dicitur, Deus profert numerose saecula,
id est cum harmonia & concentu providentia
suavissimo, ut explicat Augustinus Epistolæ 28.
subdicens: *Si homo faciens carminis artifex, novit*
*quas quibus moras vocibus tribuat, ut illud quod cani-
tur decadentibus ac succendentibus sonis, pulcherrime*
turrat ac transeat: quantum magus Deus, cuius sapientia
*per quam fecit omnia, longè omnibus artibus prefe-
renda est, nulla in naturis nascientibus & occidentibus*
temporum spatia, quæ tanquam syllaba ac verba, ad
*particulas hujus saeculi pertinent, in hoc labentium re-
rum tanquam mirabilis cantico, vel brevis, vel produ-
ctus, quam modulario precognita & presinta depo-
sit, praterire permittit?* Quibus verbis elegan-
ter declarat, defectus tam naturales quam mo-
rales, quas divina providentia permittit in re-
bus creatis contingere, ad perfectionem, de-
corem, & pulchritudinem universi conducere,
& ex permixtione bonorum & malorum, mira-
bilem resultare divinæ providentia harmoniam
& concentum. Quod etiam lepidè explicat lib.
11. de civit. cap. 18. his verbis: *Neque enim Deus*
ullum non dico Angelorum, sed vel hominum crearet,
quem malum futurum esse prescisset, nisi pariter nosset,
*quibus eos bonorum usibus commodaret, atque ita or-
dinem saeculorum, tanquam pulcherrimum carmen,*
etiam ex quibusdam antithesis honestaret. Antitheta
enim quæ appellantur, in ornamento elocutionis sunt
decentissima, quæ latine appellantur opposita, vel
quod expressius dicitur contraposita..... Sicut ergo ista
contraria contrariis opposita sermoni pulchritudinem
reddunt; ita velut quadam non verborum, sed rerum
eloquentia, contrariorum oppositione, saeculi pulchri-
tudo componitur. Aperteissimum hoc postum est in libro
Ecclesiastici, hoc modo: *Contra bonum malum est, &*
contra mortem vita: Sic contra pium peccator. Et sic
intuere in omnia opera Altissimi bina & bina, unum
contra unum. In hac ergo contrariorum combi-
natione & consociatione, mirum in modum e-
lucet divina sapientia & providentia, quæ res
planè dissontes & oppositas, ita conjungit &
combinat, ut non contraria & dissontes, sed con-
sonæ & connaturales videantur, ideoque
unum sine alio esse nequeat. Sic corpus quod-
libet mixtum componitur ex quatuor elemētis,
inter quæ ignis pugnat contra aquam, aer contra
terram. Sic aqua, id est humidum pingue,
alit ignem sibi contrarium, ut ait Aristoteles lib.
3. de anima. Sic materia, forma, & privatio, in-
ter se opposita, sunt tria prima physices, & cu-
jusque rei naturalis principia. Sic pietate ven-
ustas ex umbræ & lucis, diversorumque colofum
grata commixtione, & temperamento consur-
git. Sic Musices harmonia ex dissonarum vo-
cum consonantia dulcior concinuit. Sicdemum
in Medicina præstantissima pharinaea ex rebus
venenatis, inter se congruâ commixtione con-
temperatis, conficiuntur. Unde meritò Empe-
docles litem & amicitiam, sive antipathiam &
sympathiam, prima rerum omnium principia
constituit, ex quibus cuncta subsistunt. Et Boë-
tius 4. de consolat. metro 6. elegantissimis versi-
bus docet, quod pulchritudo nitet totius naturæ
vultus, ex adversantibz concordi discordia,
dissimiliusque uniformi disiformitate, & quod
plura quæ sunt inter se contraria & pugnantia,
vires suas vicissim frageredo, & sese aliquatenus
corrumpendo, non solum exitio non sunt mun-
do, sed etiam saluti & ornamento.

Hac concordia temporat aequis
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida siccis,
Iungantq; fidem frigoraflammis,
Pendulus ignis surgat in altum.
Terræq; graves pondere fidant.
Iisdem causis vere repenti
Spirat florifer annus odores,
Ascas Cererem fervida siccet,
Hygmem defluens irrigat imber.
Hæc temperies alit ac profert
Quidquid vitam spirat in orbe:
Eadem rapiens condit, & austert
Obitu mergens orta supremo.

28.

Objicies tertio: Si totum quod in hoc mundo
est, cum & providentia, ac sapientia Dei regitur:
unde proveniunt tot monstrorum horrendi &
præter naturam partus, & tot creaturæ homini
molesta & pernicioſe; ut culices, pulces, muſi-
ca, serpentes, venena, & similia?

Tunc.

Cur genus horribilium profert natura ferarum:
Et culices & musæ?

Lib. 3

Ho-

zam-

cap. 9

Quid (inquit Ambrosius) cum utilibus etiam le-
thalia & pernicioſa generantur: cum tritico conum:

Quid inter alimenta vita noxiæ reperitur, & nisi
prævisum fuerit, consuet saluti nocere: intr' alia
quaque nutrimenta vita, helleborum deprehendit;

aconita quoque fallunt frequenter & decipiunt collig-
gentem &c.

Respondeo hæc omnia magis divinam provi-
dentiam commendare, quam impugnare: nam,
ut supra cum D. Thoma dicebamus, quamvis
provisor particularis debeat impedire mala &
defectus in rebus, provisor tamen universalis
debet illa permittere in aliquibus particulari-
bus, ne impeditur bonum universale cuius
conservationem principaliter intendit. Unde
si aliqua cause contingentes & defectibiles,
per accidens, & ex debilitate virtutis activæ,
vel ex indispositione materia, interdum sint di-
sposita ad effectus monstroſos, & præter natu-
ram producendos, non deb illas impediare.

Addo quod, monstra tuo modo conducunt
ad decorum & pulchritudinem universi, & de-
serviunt ad manifestandam perfectionem & in-
tegritatem aliarum rerum, quæ magis relucet
ex ipsorum deformitate: opposita enim juxta
se posita magis elucentur. Idem dicendum est
de musicis, culicibus, serpentibus, & alijs anima-
libus imperfctis: illa enim participant aliquem
gradum bonitatis & perfectionis, qui si defet
universo, non est omnibus modis perfectum.
Nam, ut inquit Iſidorus, Si radas supercilium ho-
minis, parvam rem demis, sed totius corporis ingeri-
fæditatem. Ita & in univeritate creatura est: si extre-
num vermiculum naturâ malum dixeris, universa
creature injuriam facis.

Idem docet D. Ambrosius loco citato, his
verbis: Singula eorum qua generantur è terris, spe-
cialiem quandam rationem habent, quæ pro virili por-
tione compleat universa pulchritudinem creatura.
Alia ergo esuri, alia potui, alia alijs nascentur usui:
nihil vacat, nihil inane germinat terra. Quod tibi
putas inutile, alijs utile est; inò ipsum tibi frequen-
ter alio est usu utile: quod ejcam non adjuvar, medi-
cinam fuggerit, & sapè eadem que tibi noxia sunt,
avibus aut feris innoxium ministrant pabulum. Deni-
que sturni vescuntur cono, nec fraudis est ei, quoniam
qualitate sui corporis, venenum suci letalibus eva-
dunt.... Helleborum autem perito loquuntur etiam esse
& alimenta coturnicum, ed quid naturali quodam

A temperamento sui corporis, vim pabuli nocentia-
vitent.

§. V.

Alia obiectio solvit, & varia assignant rationes,
cur boni & sancti viri mala & infortunia
nonnunquam accidunt.

Objicies quartò: Si mundus divinâ provi-
dâ regitur, cur boni & sancti viri, qui
sunt Dei amici, & ipsi charissimi, tot mala & in-
fortunia saepe accidunt? Cur paupertate, miseria,
& æruminis opprimuntur, dum mali & perverbi
ducunt in bonus dies suos, & honoribus, volup-
tati bus, ac divitiis affluunt? Quare via impiorum
prosperatur, bene est omnibus qui prævaricantur, &
iniquè agant? Jeremias 10. Cur taces devorante in-
pio justiorum se? Abacuc. 1.

Eadem cogitatio & querimonia olim in me-
rem Ovidii venerat, dum mortem Tribulide-
slebat, & dicebat:

Cum rapiant mala fata bonos, ignoscite falso.
Sollicitor nullos esse putare Deo.

Respondeo etiam in tribulationibus ju-
rem mirum in modum divinam reliquæ provi-
dentiæ, ut passim docent SS. Patres, variisque
& egregias rationes assignant. In primis enim
Augustinus ait, quod tribulatio compellit no-
tem, erudit ignorantem, cufodit virtutem, protu-
fir in firmantem, excitat torpem, humiliat superbi-
tem, purgat pauperrim, coronat innocentem, Subdit
Gregorius: Sicut unguenta, nisi commota, reddit
latius nesciunt, & sicut aromata fragrantiam suam,
non nisi cum incenduntur expandunt: ita laudes
omne quod de virtutibus redoler, in tribulationi-
bus innescuntur. Addit, quod electi sui ad se
pergentibus, Dominus hujus mundi iter offerat
facit, & dum quisque vita praesens requie, quæ
si via amaritatem pascitur, magis eum dum pa-
gere, quam citius pervenire delectat: ne dum obli-
scitur in via, obliviatur quod desiderat in Pa-
tria. Quod brevius Augustinus his verbis ex-
pressit: Ide Deus felicitatibus terrenis amaritudines
miscer, ut illa quaratur felicitas, cuius dulcedo non
est fallax.

Aliam in Moralibus insinuat Gregorius ra-
tionem, ait enim, Electorum desideria dum pre-
muntur adversitate, proficiunt: sicut igni flatu pre-
mitur ut crescat, & unde quasi extinguitur, ut
de magis roboretur. Unde Hilarius: Sicut olim er-
centibus diluvii fluctibus arca sublimis serebatur, &
tandem procelbarum viætrix, requievit super monte
Armenie: non diffari modo Ecclesia, dum exercitus
floret, dum opprimitur crescit, dum contemnit
proficit, dum ceditur vincit: palmeq; instar altissim
incinctata resurgit, juxa illud Alcaci:

Nititur inponduis palma, & configit in alum.

Quò mage & premitur, hoc mage tollit onus.
E contra vero prosperitas, teste Chrysostomo,
Noverca virtutis est; & animus hominis emolli-
frangit, & in segnitiam ac torporem relubet.
Omnia enim quæ superfluant, nocent (inquit Seneca),
segetes nimia sterilitas, rem onere frangunt, ad
matritatem non pervenit nimia fecunditas, id in
quoque animalis evenit, quos immoderata proficia
rumpit, quæ non tantum in aliorum injuriam, sed
etiam in suam uruntur.

Denum, ut ait Chrysologus, In adiuncta-
ne templi, omnes rapides prius malleis tandem
tur, ne in iliorum positione sonus mallei audie-
tur, nec in horreo Domini reponitur grannum, donec
flagella

Angeli autem tritiorum pedibus sit excussum. Sic A
et viri lapides, qui ponendis sunt in illa coelesti Hieru-
salem, que adspicitur ut civitas variis infortuniorum
causulis polluntur, priusquam in edificio coelestis
habitantes collificantur. Similia habet Hieronymus
ibidem. Et Ezechiel. cap. 13. dicens: Moveretur turbo,
ut illa in calum rapiatur; quadratur lapis, ut in
tempore edificio collocetur; trituratur granum, ut in
turbo regnatur.

Videri etiam potest Seneca in libro de pro-
videntia, ubi divina providentia causam ele-
gantem defendit, & plures egregias assignat ra-
tiones, cur bonis viris accidunt mala in hac vita.
Cap. In primum enim dicit: Cum videris bonos viros, at-
eque fratres, laborare, sudare, per arduum ascende-
re, nesciunt laetivire, & voluptatibus fluere, co-
ga florum nas modestiam delectari, vernularum
honestatis disciplinam tristiori contineri, horum ali-
udum. Idem ibi de Deo liqueat: bonum 'vi-
nius' dicit non habet, experitur, inducatur, sibi illum
quodque. Quare multa bonis viris adversa veniunt?
Sed lucide bono viro mali potest. Non miscentur
imma. Quidammodum tot annos superne deje-
dram imbrum, tanta Mediterraneorum vis fon-
tum, non mutant saporem mariis, nec remittunt qui-
dam. ita adversarum impetus rerum, viri fortis
in terris animum; manet in statu, & quidquid e-
rit, in suum colorem trahit, est enim omnibus ex-
tremis potentior... Omnia adversa exercitationes
pati... Marcer sine adversario virtus. Tunc apparet
qua sit, quantum valeat, pollicatque, cum quid
possit patientia offendit.... Languit per inertiam
segnata; vel labore tantum, sed mole, & ipso sui
onere deficere. Non fert ullum ictum illa felicitate.
At ubi audax surit cum incommode suis rixa, cal-
lum per injuria ducit, nec ulli mali cedit, sed etiam
scident, & genu pugnat. Tandem concludit
cum Demetrio Philopo: Nihil sibi datur infi-
lia, cum nihil unquam evenit adversi. Cui con-
comit Boetius libro de consultatione dicens, In-
fidelissimum infortunii genus esse, semper fuisse
felicem.

S. VI.

Alia argumenta solvuntur.

Contra secundam & tertiam conclusionem,
objici potest celebre Hieronymi testimoniū super caput 1. Abacuc Propheta, ubi sic
loquitur: Absurdum est ad hoc Dei deducere maje-
statem, ut sciat per momenta singula quo nascantur
calces, quotve moriantur: quis cimicū, & puli-
cū, & muscarum sit interrāmilitudo, quanti pisces
magnum natent &c. Non simus tam fatui adulato-
ri Dei, ut dum potentiam ejus etiam ad ima de-
rahimus, in nos ipsos injuriosi simus, eadem
rationum quam irrationalium providentiam esse
dicentes.

Respondeo primò, quod Hieronymus tan-
tum negat, particulatim & alternatim Deum
talia nosse, vel per diversa temporum momenta
secula cognoscere, sicut per varia momenta de-
ficunt, vel incipiunt. Ita hunc locum explicat
Magister sentent. in 1. dist. 39. & Atenis 1. parte
dist. 26. membr. 4. art. 4. ubi ait: Scit Deus quan-
ta sit multitudine pulicum, culicum, & muscarum: sed
non scit hoc per momenta singula, immo simul & semel
omnia.

Secundò responderi potest, quod Hierony-
mus in eo loco solum vult, Deum non habere
ita peculiarem curam, & providentiam de illis

animalibus, sicut de nobis. In quo etiam sensu
intelligendum est id quod dicit Apostolus 1. ad
Corinth. 9. Nunquid de lobis cura est Deo? ut expli-
cat D. Thomas h̄c art. 2. ad 5.

Tertiò responderi potest cum Sylvio, loco
suprà citato, illum locum esse unum ex illis,
quos ipsem Hieronymus in libro contra Rufi-
num, dicit se in commentariis super Prophe-
tas, non ex sua, sed ex aliorum sententia expo-
suisse.

Objicies secundò cum Bellarmino, & Maria-
na, testimonium D. Thomæ quæst. sequenti art.
7. ubi ait: Licet Deus sciat numerum omnium in-
dividuum, non tamen numerus vel bōum, vel
culicū, vel aliquorum hujusmodi, est præordinatus
à Deo.

Respondeo illos Authores textum D. Thomæ
fideliter non referre, sed omittere unam parti-
culam integritati lensū prossus necessariam, &
ex qua omnino penderet intelligentia doctriñæ
D. Thomæ. Non enim absolute dicit Sanctus
Doctor, quod numerus bōum, vel culicū,
vel aliquorum hujusmodi, non est præordina-
tus à Deo, sed quod non est PER SE præordinatus
à Deo. Quæ particula PER SE, valde notaenda
est: ex illa enim apercere colligitur, quod S. Tho-
mas ibi solum intendit docere, quod sicut in u-
niverso quadam sunt que propter se providen-
tia, in quibus essentialiter consistit perfectio u-
niversi, quæque perpetuitatem habent, sicut & u-
niversum est perpetuum. Alia vero non provi-
dentia propter se, sed propter aliud, qualia sunt
individua corruptibilia, quæ perpetuitatem ha-
bere non possunt nisi in specie, quæque licet præ-
ordinata sint & provisa, non tamen sunt provisa,
nisi propter perpetuum esse speciei conservan-
dum; cum ē contra ipsa species propter se sit
provisa, ut per se pertinet ad perfectionem u-
niversi. Ita reproborum numerus est quidem à
Deo præscitus & præfinitus, sed non per se, seu
principaliter, sicut numerus prædestinatorum.
Prædestinati enim à Deo præordinantur prin-
cipaliter ad bonum universi, scilicet ad finem
supernaturalem, seu ad gloriam Dei, quatenus
beatitudinem consequantur: reprobi vero sol-
lum secundariò, quatenus sunt propter electos
quibus omnia cooperantur in bonum, & quatenus
ratione illorum manifestatur misericordia
Dei in electis. Et ita clarè mentem suam expli-
cat S. Doctor quæst. 5. de verit. art. 3.

Objicies tertio: Ex providentia & cura tam
vilem & imperfectorum animalium, qualia sunt
culices, mulæ, terpentes, vermiculi, & similia,
vilesceret divina majestas; nam ut communiter
dicitur: De minimis non curat Prætor. Unde Au-
gustinus relatus à D. Thoma h̄c art. 3. ait: Me-
lius est quadam nefire, quam scire, ut vilia: Ergo
talis providentia non est in Deo ponenda.

Respondeo negando Antecedens, ut enim in-
quit S. Doctor ibidem in resp. ad 3. Licet nobis me-
lius sit non cognoscere mala & vilia, in quantum per ea
impeditur a consideratione aliquorum meliorum, non
tamen Deo qui simul omnia uno intuitu videt. Et qui
(ut inquit Dionysius) non secundum visionem fini-
gulis se immittit, sed secundum unam cause continen-
ti, omnia sit.

Addo quod, tantum abest quod infinita Dei
majestas, ex tam vilium & imperfectorum ani-
malium cura vilescat, quin potius in illis, magis
ejus infinita sapientia & potentia reluceat, quam
in aliis animalibus ingentis molis & magnitu-
dinis.

lib. 11. dinis. Ut enim eleganter ait Plinius: Rerum natura nusquam magis quam in minimis tota est. Et cap. 2. D. Hieronymus ad Hebreorum: Creatorem non in celo tantum miramur, & terra, Sole, & Occano, Elephanti, Camelis; sed & in minimis quoq; animalibus formicis, culice, muscis, vermiculis, & istiusmodi genere, quorum magis scimus corpora quam nomina, eandemq; in cunctis admiramur solertiam. Item Augustinus libro 3. de Genesi ad litteram cap. 6. Creat minima corpore, acuta sensu animantia, ut maiore attentione supeamus agilitatem musca volantis, quam magnitudinem jumenti gradientis, ampliusq; miremur opera formica, quam onera camelorum. Unde item, 119. de tempore concludit, quod Deus magnus est in magnis, nec parvus in minimis. Videlicet etiam potest Pater Ludovicus Gratianensis in Cathechismo 1. parte cap. 18. ubi de hoc eleganter & eruditè suo morte differit.

§. VIII.

Solvitur alia objectio, & quomodo Divina providentia, rerum contingentiam & libertatem non tollat, breviter declaratur,

39. **Q**uidcives ultimò contra ultimam conclusiōnem. Sires humanæ divinæ providentiā regerentur, & ea quæ sunt à nobis, essent ab aeterno à Deo præordinata, ac prædestinata, tollebant omnis libertas & contingentia nostrorum actuum, & omnia quæ sunt à nobis, fatali quadam necessitate contingenter: quia aeternum illud divinæ providentiæ decretum, esset immutabile, & infuстрabile, & in tempore à Deo præordinato, infallibiliter suum consequeretur effectū; & sic frustra fuerint exhortationes, consultationes, deliberationes, p̄fices, orationes, & familia. Unde Seneca in Oedippo.

Fatu agimur, cedito fatis.
Non sollicite possunt cura.
Mutare rati summa fusi.
Quidquid patinatur mortale genus.
Quidquid facimus, venit ex alto.
Vix illa Deo vertisse licet.
Qua nixa sunt currant causis.
It cuique ratus prece non ulla
Mobilis ordo.

Et Horatius lib. 1. Ode ad Fortunam:

Te semper anteit sava necessitas,
Clavos, trabales, & cuneos manu gestans
abena, nec severus uncus dñeſt,
Liquidumq; plumbeum:

40. Respondeo idem argumentum sub aliis terminis proponit à Seneca Philosopho, lib. 2. naturalium questionum, ubi postquam divinæ providentiæ (quam alio nomine fatum appellat) immobilitatem, efficacissimis rationibus demonstravit, hæc sibi objicit.

Fata aliter ius suum peragunt, nec ullâ commoventur prece: non misericordia flectuntur, non gratia, servante cursu irrevocabilem, ex destinato fluunt. Quemadmodum rapidum aqua torrentum in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem supervenientis precipitat. Sic ordinem rerum fati aeterna series rotat, cuius haec prima lex est, stare decreto. Quid enim intelligi fatum? Existimo necessitatem rerum omnium, actionumque, quam nulla vis rumpat. Hanc si sacrificis, & capite nivea agna exorari judicas: divina non nosci. Sapientis quoque sententiam

A negatis posse mutari, quanto magis Dei? Cùm sapientia quid sit optimum in praesentia sciat, illius divinitus omne praesens sit... Quid ergo expiations, procurations, quid orationes que Diu sunt pro aliquo munere obtinendo?

Huc difficultati egregius ille Philosophus responderet: Quadam à Diu immortalibus a sustentis relieta sunt, ut in bonum vertant, si admota prouiderint, si vota suscepint. Ita non est hoc contrarium, sed ipsum quoque in fato est. Aut futurum, inquit, est aut non? Si futurum est, etiam si non suscepit vota, sicut. Si non est futurum, etiam si suscepit vota, non fieri. Falsa est ista interrogatio, quia illam medianam inter ista exceptionem præters. Futurum (inquam) hoc est, sed si vota suscepit, hoc quaque necesse est, fato comprehensum sit, aut suscepit vota aut non. Puta fatum est, ut hic disertus sit, si litteras didicerit ab eodem fato contineat litteras disjectas, id est disjectas. Hic diversitatem, sed singulariter, at in illo fato ordine, quo patrimonium illius grande promittitur, hoc quoque protinus fatum est ut nascet, ideo navigabit.... Sic cum sanitas videatur ex fato, debetur tamen medico, quia ad nos beneficium fatus per hujus manus venit.

Hactenus Seneca præclarè difficultem illam, immutabilis providentia cum rerum contingentia, humanorumque actuum libertate concordiam explicavit, quo non melius Christianus Theologus: eodem enim modo illam declaravit S. Thomas 3. contra Gent. cap. 94. his verbis: Cum divine providentia non solum subdatur effectus, sed etiam causa & modi essendi, non sequitur quod si omnia Dei providentia aguntur, quid nichil sit in nobis: sic enim sunt à Deo provisa: ut personae liberæ & contingentes sint. Et hīc art. 4. primo loco ubi obicit: Omnia effectus qui haberet aliquam causam per se, quia jam est, vel fuit, ad quam denecitate secat, provenire ex necessitate: ut Philosophus probat in 6. metaphys. Sed providentia Dei cum sit aeterna, præexistit, & ad eam sequitur effectus de necessitate, non enim potest divina providentia frustrari: Pro providentia divina necessitatem rebus provisum impunit.

D Cui argumento sic responderet: Ad primum dicendum, quod effectus divinae providentia non solum est aliquid evenire quocumq; modo, sed aliquid evenire vel contingenter, vel necessario; & id evenit infallibiliter & necessario, quod divina providentia disponit evenire infallibiliter & necessario; & evenit contingenter & liberè, quod divina providentia ratio habet, ut contingenter & liberè eveniat. De hoc plura dicemus in Tractatu de prædestinatione, ubi veram ac legitimam humanæ libertatis, cum divina Providentia, & Prædestinatione concordiam, fusè exponemus.

§. IX.

E Ultimum argumentum diluitur, & explicatur modus quo mali subiiciuntur divinae providentie.

Quidcives ultimò: Si daretur divina providentia, illa esset universalis, subindeq; non solum ad bonos, sed etiam ad malos aliquo modo se extenderet: At Deus nullam habet providentia de malis & peccatoribus, cùm eos non amet, sed odio habeat, nec malum & peccatum ab eis excludat, sed eos peccate sinat, & in peccato perseverare, ac mori permitat: Ergo &c.

Respondeo conciliat Majori, negando Minorē, Deus enim non solum bonorum, sed etiam malo-

malorum providentiam habet, longè tamen di-
veram; boni enim sub ordine divinae bonitatis
& misericordiae continentur, & ad divinæ hæ-
reditatis participationem ordinantur & desti-
nuntur mali verò, præcisè quā mali, ita conti-
nentur intra ambitum divinae providentiae,
quid addicentes ab ordine bonitatis & miseri-
cordiae, incident intra ordinem divinae justitiae,
ne ordinantur in bonum proprium, sed in bo-
num electorum, & in manifestationem divinae
pudicitiae pro cuius explicazione & elucidatione.

A Scindunt est, totum ambitum divinae provi-
dentiae duplaci ordine contineri, ordine scilicet
misericordiae & justitiae: ut enim dicitur Psal.
65. Sicut loquutus est Deus, duo haec audi, quia
progenitum est, & tibi Domine misericordia. Quia
ergo Deus potentiam haber, hominem è nihilo
prodidit, quia misericors, illum mox ad vitam
attenuat ordinavit, sicut et ordinatum, suavi-
tate zephiro & motione, ad bonum sem-
per inclinavit, quoque à benigno illo & gra-
uissimo ordine misericordia decidit per pecca-
tum. Prūs itaque exitit intra ordinem miseri-
cordie: ubi autem ab illo decidit per inordi-
nationem peccati, Deus (ut loquitur S. Tho-
mas) inordinationem illam inordinatam non reli-
quit, mox enim ordinatus est homo peccator
alpenam, ad manifestandum Dei justitiam,
jura illud ad Roman. 9. Deus volens ostendere iram,
& non facere potentiam suam, sustinuit in multa
patientia via apta in interitum, &c. Et quia
peccatores per peccatum servi sunt, ac divinae
providentiae serviunt, non ut liberi, sed ut servi,
ideo si cor operas servorum in familia, ordinantur
ad utilitatem filiorum, inferioria ad bonum su-
periorum, & res omnes corporeæ ad utilitatem
hominis, sic & ipsi mali ordinantur in bonum
electorum. Hinc Augustinus de agone Chri-
stiano cap. 7. Ex hoc (inquit) admoneamus, ut tor-
valerante serviamus Domino nostro, quoniam justus
liberaliter servit, iustus autem compeditus servit,
omnes tamen divine providentiae serviunt; sed alii
velut tanquam filii, & faciunt cum ea quod bonum
est; ali ligantur tanquam servi, & sit de eis quod
potest, &c. Quibus verbis duplē indicat
ordinem divinae providentiae, unum in quo
bonum tanquam filii sponte tendunt ad participa-
tionem divinae bonitatis, & circa illos nihil ex-
ceutur nisi misericordia; alterum in quo mali
tanquam servi, & rebellies voluntati Domini,
alpenam delimitantur, & super illos exercetur
divina justitia; & sicut servi non laborant prop-
ter se, sed propter filios familiæ, ita nec ordinan-
tum mali ad bonum aliquod proptimum, sed ad
bonum aliorum, iutorum scilicet. Unde idem
Augustinus 11. de Genesi ad litteram cap. 6. de
reprobis ait: Num quia presertim sunt, ideo creari mi-
mine debuerint? Habent enim & ipsi locum suum,
quæ in rebus impletant pro utilitatibus sanctorum.

Hujus duplicitis ordinis meminit D. Thomas
supra quæst. 19. art. 6. ubi hæc habet: Quod re-
cidere videtur à divina voluntate, secundum
unum ordinem, relabitur in ipsam secundum alium;
sunt peccatores, qui quantum est in se, recedit à divina
voluntate peccando, incidit in ordinem divinae vol-
untatis, dum peregrinus iustitiam punitur. Et quæst. 5. de
verit. art. 7. supponens homines ita dirigunt à di-
vinæ providentiae & ordinariæ finem, quod ipsi
seipso dirigant & ordinent ad illum; hoc est
ita ipsi provideri, quod & ipsi providerentes
sunt, secundum quod ipsi diversimodo se habent pro-

videndo, diversimode eis providetur à Deo, inquit S.
Thomas: Sicut rectum ordinem in providendo ser-
vant, & in eis divina providentia ordinem servat hu-
manæ dignitati congruum; ut scilicet eis nihil eveniat,
quod in eorum bonum non cedat, secundum illud ad
Roman. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in
bonum. Si autem providendo ordinem non servant,
quod congruit rationali creature, sed provideant se-
cundum modum brutorum animalium, etiam divi-
na providentia de eis ordinabit secundum ordinem
qui brutis competit, ut scilicet ea quæ in eis vel bona
vel mala sunt, non ordinentur in bonum eorum pro-
prium, sed in bonum aliorum, secundum quod in Psalmo
dicitur: Homo cùm in honore esset, non intelle-
xit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis
factus est illis. Hæc D. Thomas: ex quibus ple-
nissime solvit argumentum propositum, &
explicatur modus quo mali subduntur divinae
providentiae.

ARTICULUS II.

An divina providentia essentialiter consistat in
actu intellectus aut voluntatis?

C

§. I.

Quibusdam præmissis, referuntur sententiae?

N Otandum primum: quod licet Deus in seip-
so simplicissimus sit, in eo tamen cum fun-
damento in re distinguius plures actus ex par-
te intellectus & voluntatis, pro varietate objec-
torum, & modi tendendi in illa, praet intelligen-
do unum alteri, non quod re ipsa alius sit prior,
vel antecedens, sed quia est fundamentum ut à
nobis prius intelligatur; ita ut si per impossibile
inter illos esset ponenda distinctione, unus deberet
præcedere, & esse causa alterius. Sic assertimus,
intellectum priorem esse voluntate, & intellec-
tione volitione; & inter ipsos actus intellectus,
cognitionem causæ, cognitione effectus,
& necessariam libertatem: inter actus verò voluntatis,
volitionem vel intentionem finis, volitione
& electione mediorum; & morem naturalem
& necessarium, amorem libero.

Notandum secundum, ad providentiam quin-
que actus concurrens. Primus est volitio sive in-
tentio finis, hæc enim est quæ movet ad elec-
tionem mediorum. Secundus est cognitio medio-
rum proportionatorum. Tertius est consilium,
sue judicium eorum. Quartus est electio. Quintus
denique est imperium, executio enim jam
præsupponit providentiam ejus quod execu-
tio mandatur.

Notandum tertio, quod cùm providentia sit
pars prudentiae, quæ versatur circa media: de
primo actu, qui est volitio sive intentio finis,
non potest esse difficultas, an in illo consistat
formaliter ratio providentia: certum est enim,
quod ille actus solum se habet antecedenter,
quia ex volitione finis movetur quis ad eligenda
media. Certum est etiam, quod providentia,
cum sit ratio practica, non constituit in aliquo
actu intellectus speculativi, & per consequens
ex parte actuum intellectus, solum manet du-
biūm de actibus practicis: quales sunt consi-
lium, judicium, & imperium. De actibus verò
voluntatis, solum est difficultas, an consistat in
electione mediorum? His præmissis.

Rer. 3

Circa

DISPUTATIO OCTAVA

502

49. Circa propositam difficultatem magna est sententiarum diversitas. Prima tenet providentiam essentialiter consistere in actu voluntatis, quo, supposita volitione efficacis finis, & cognitione mediorum congruentium ad ejus consecutionem, eligit illa, & proponit executioni mandare. Hæc sententia tribuitur Scoto in 1. dist. 40. quæst. 1. D. Bonaventura ibidem art. 1. qu. 1. Aureolo, Gregorio, & alii, quos referunt & sequuntur Suarez lib. 1. de essentia prædestinatio- nis cap. 27. & Vazquez h̄c disp. 37. cap. 3.

Secunda sententia est quorundam Recentiorum, dicentium providentiam utrumq; actum, tam intellectus, quam voluntatis, formaliter includere:

Tertia docet illam esse actum judicij antecedentem electionem mediorum. Ita Durandus in 1. dist. 39. quæst. 3. Molina in præsenti disp. 1. & quæst. 23. art. 1. disp. 2. Lessius, Arrubal, aliique Recentiores.

Ultima denique sententia, quæ est D. Thomæ h̄c art. 1. & quæst. sequenti art. 2. omniumque discipulorum ejus, assertit providentiam formaliter & in recto consistere in actu intellectus practici, qui dicitur imperium, sequiturque ad intentionem finis, & electionem mediorum.

§. II.

Reficiuntur tres prima sententie, & quarta statutur.

Dico primò , providentiam non consistere essentialiter in actu voluntatis, sed intellectus; licet actu voluntatis connotet, & presupponat. Ita D. Thomæ h̄c art. 1. ad 3. ubi dicit: *Providentia est in intellectu, presupponit tamen voluntatem finis.*

50. Probatur primò conclusio ex SS. Patribus. Nam D. Dionysius de divinis nominibus cap. 2. ait: *Deitas proficit cuncta, providentia mirabilis.* Sed prospicere est actu intellectus: Ergo & providentia. Item Boëtius lib. 4. consol. prosa 6. *Modus, inquit, rerum, cum ipsa divina intelligentia puritate conficitur, providentia nominatur.* Et paulò inferius: *Providentia est ipsa divina ratio, in summo Principe constituta, que omnia diffonit.* Idem docet Augustinus lib. 83. questionum, quæst. 31.

51. Probatur secundò ratione. Providentia est pars prudentiae, ut docet S. Thomas h̄c art. 1. & 2. 2. quæst. 49. art. 6. Sed prudentia est formaliter in intellectu, est enim virtus intellectualis, ut patet ex Aristotele 3. Ethic. cap. 6. ubi numerat quinque virtutes intellectuales: scilicet intellectum, sapientiam, scientiam, prudentiam, & artem: Ergo providentia non consistit formaliter in actu voluntatis.

52. Probatur tertio : Providentia, ut docet S. Thomas h̄c art. 1. & constat ex definitione Boëtii suprà tradita, est ordinatio rerum in finem: Sed ordinatio unius ad alterum, proprium est opus intellectus, ut ostendit Cajetanus 1. 2. qu. 17. art. 1. & patet, nam est quædam unius cum altero collatio, qua solo intellectu fieri potest, unde Aristotle 2. Metaph. cap. 2. dicit, *Sapientia est ordinare.* Ergo providentia non consistit essentialiter in actu voluntatis, sed intellectus. Quod potest confirmari ex ipsa Ethimologia nominis: providere enim, ut docet Boëtius, idem est ac procul videre quæ sunt facienda: Sed videre intellectus est, & non voluntatis: Ergo &

A providentia. Vide Q. Thomam 2. 1. quæst. 45. art. 6.

Dico secundò : Providentia non importat etiæ actum intellectus & voluntatis.

Probatur primò ex D. Thoma quæst. 3. deve- rit. art. idem, *Providentia includit & scientiam & voluntatem, sed tamen essentialiter in cognitu manet, non quidem speculativa, sed præctica.*

Probatur secundò: Providentia, ut supradicimus, est pars prudentiae: Sed prudentia est necessaria actu voluntatis supponat, adquirit tamen in actu intellectus consistit: Ergo & providentia.

Probatur tertio : Providentia consistit essentialiter in actu imperii, ordinante creaturas in finem, ut ostendemus conclusione sequenti: Sed actu imperii est elicitive ab intellectu, licet presupponat electionem voluntatis, eamque connotet, ut docet D. Thomas 1. 2. quæst. 17. art. 1. & sequentibus: Ergo & providentia.

Addunt aliqui cum Gonzale h̄c, quod cum providentia sit unicum simplex attributum a Deo, non potest importare in rectactus diversarum potentiarum, sed solitus unus in recto, & alius in obliquo & de connotato. Sed hæc ratio non placet, quia, ut inquit D. Thomas h̄c art. 1. ad 3. *Si providentia ex equali resipicer voluntatem & intellectum, hoc effet absque detimento divine simplicitatis, cum voluntas & intellectus in Deo sint idem.*

Dico tertio , providentiam non consistit formaliter in actu judicij antecedente electionem, sed in actu imperii, quia illam subsequitur.

Probatur primò conclusio ratione fundamentali. Providentia, ut supradicamus, est principalis pars prudentiae: Sed actus principialis prudentiae est imperium, ut docet Aristotle 6. Ethic. cap. 9 dicens, *Prudentia præceptiva, sicut enim ipius est, quodnam sit agendum aut non agendum præcipere.* Ergo providentia in actu imperii essentialiter consistit. Unde D. Thomas h̄c art. 1. *Præcipere de ordinandis in finem quorunq; reclamationem habet, competit Deo : secundum illud Psalmi, præceptum posuit & non praterbit ; et secundum hoc competit Deo ratio providentia.*

Dices, imperium non distingui realiter in nobis, neq; proinde virtualiter in Deo, à judicio pratico , sed esse ipsum judicium antecedens electionem, ut per illam confirmatum, seu ut virtualiter in ea perseverans.

Sed contra: Aristotle 6. Ethic. cap. 12. & D. Thomas 1. 2. quæst. 57. art. 6. & 2. 2. qu. 51. art. docent quod licet judicium pertineat ad partem prudentiae quæ antecedit, & dicitur judicativa, distinguuntur ab imperio, quod magis essentialiter & formaliter est actu prudentie. Unde D. Thomas 1. 2. quæst. 17. art. 3 ad 1. Post determinationem consilii que est judicium rationis, voluntariabit, & post electionem, ratio imperii est ei per quod agendum est quod eligitur, & tunc demum voluntas auctorius incipit uti, execuendo imperium rationis. Quibus verbis aperte docet, imperium est actu in nobis realiter distinctum à judicio antecedente electionem, & ad eam subsequi. Ratio etiam id sicut est: Nam illi actus, judicium scilicet & imperium, pertinent ad distinctas species in genere moris , & opponuntur distinctis virtutis & peccatis: Ergo sunt diversi actus. Consequentia patet, Antecedens probatur. Nam judicium pertinet ad virtutem judicativam, cui opponitur in consideratio, & ignoratio: imperium vero ad præcep-

Lib. 5
de con-
fusione.

præceptivam, cui opponitur negligentia, & in-
confantia.

Probatur secundò conclusio: ut enim ostendimus Tractatu sequenti, prædestinationis quæ est specialis providentia quam Deus habet de elec-
tione, in ordine ad vitam aeternam, non consistit in
actu judicij antecedente electionem, sed in actu
imperi, quia ad illam subsequitur. Quia præde-
stitionis est ordinatio efficax mediorum, quibus
elegit vitam aeternam infallibiliter consequen-
tia. Sive, ut ait Augustinus, est preparatio medio-
rum, quibus certissime liberantur quicunq[ue] liberantur.

Jul. cum autem antecedens electionem, etiam
superillum confirmatum, non est ordinatio effi-
cax mediorum, sed solum imperium ad ipsam e-
lectiōnēm subsequens. Quod ut fiat evidentius.

Norandum est ex D. Thoma 1. 2. quæst. 17.
art. 4. voluntatem habere duplēm habitudi-
nem ad finem. Prima est volendi illum: secunda
quædam tendentia ad ejus consecutionem in
reclama habitudo terminatur & complatur in
actu electionis, quo voluntas, supposito iudicio
de mediis convenientia, & intentione finis,
debet media congruentia ad ejus consecutio-
nem. Secunda vero habitudo subsequitur ad
pianum, & incipit ab actu imperii, quo voluntas
exercitio movetur ad applicandum se, &
potentias executivas, ad executionem mediiorum,
& affectionem finis, ut ibide explicat

Cajetanus. Providentia ergo quā Deus habet
r. g. salvandū Petrum, non consistit formaliter in
dilectione Petri, nec in electione & approbatione
mediorum congruentium ad salutem con-
sequandam; sed præsupponit dictionem & elec-
tionem, pertinens ad primam habitudinem
voluntatis ad objectum voluntum, consistit in or-
dinatione efficacis illorum, pertinente ad secun-
dam habitudinem, quæ voluntas rendit ad con-
secutionem finis intenti, per executionem mediiorum
electorum. Unde non consistit in actu
judicij de mediis eligendis, etiam approbatis
per electionem, sed in actu imperii consecuto ad
illam. Nam iudicium illud de mediis eligendis,
etiam ut approbatis per voluntatem, non habet
se efficaciam, cum non pertineat ad secun-
dam habitudinem voluntatis, ad quam pertinet
providentia, ut explicatum est.

§. III.

Principia objectiones voluntur.

Obijunctum primum Adversarii Damascenus li-
b. 2. fidei cap. 29. sic habet Providentia est
voluntas Dei, per quam omnia quæ sunt, convenientem
deliciationem suscipiuntur. Augustinus de prædesti-
natione Sanctorum cap. 5. ait, prædestinationem, quæ
est pars providentiae, esse propositum miserendi:
Sed propositum est actus voluntatis: Ergo pro-
videntia in actu voluntatis consistit.

Respondeo ex D. Thoma quæst. 5. de verit.
art. 1. ex argumentis secundo loco factis,
quod quia in actibus anima, præcedens actus
clauditur virtualiter in actu sequenti, & provi-
dentia voluntatem supponit, & prædestinationis
electionem, seu propositum voluntatis divinae;
hinc si quod Damascenus providentiam per
voluntatem, & Augustinus per propositum vo-
luntatis definit. Non quod providentia sit
actus voluntatis formaliter, & prædestinationis
propositum; sed vel quia actum voluntatis sup-
ponit, vel quia illum virtualiter claudunt.

Objectione secundo: Providentia in Deo est

A actus potentiae executiva, nam Deus per poten-
tiam executivam causat effectus providentiae:
At potentia executiva in Deo, non est intelle-
ctus, sed voluntas, vel aliqua alia potentia vir-
tualiter ab intellectu & voluntate distinguita. Er-
go providentia non est actus intellectus. Major
videtur manifesta, Minor vero probatur. Poten-
tia executiva in Deo, est illa in qua continetur
effectus producendus; sicut calor in igne est
potentia calificativa, quia continet calorem
producendum: Atqui Deus non continet per
intellectum effectus producendos, sed per es-
tentiam & infinitatem: Ergo intellectus in Deo
non habet rationem potentiae executiva.

B Respondeo primo negando Majorem, provi-
dentialis enim in Deo non consistit formaliter in

actu potentiae executiva, quæ res à Deo provi-
dentialis executioni mandantur, & extra causas ponun-
tur: Sed executio & productio effectus provisi,
supponit ipsam providentiam, quæ essentialiter
consistit in actu intellectus practici, antecedente
productionem effectus, quo per modum or-
dinationis & imperii procedit ad executionem.
Sicut in nobis actus imperii practici, quo mo-
venimus potentias exteriores ad suos actus, non
est ipsa actio potentiae exequentis, sed aliis
actus eam antecedens. Unde D. Thomas hic
art. 1. ad 2. docet rationem illam ordinis quæ di-
citur providentia, esse aeternam; dispositionem
vero, seu executionem illius, esse temporalem,
& vocari gubernationem.

C Respondeo secundò, datâ Majori, negando

Minorem. Nam juxta veriorem sententiam
quam sequitur D. Thomas infra quæst. 25. art. 1.
ad 4. in secunda responsione argumenti, & quam
nos etiam Tractatu præcedenti, ut probabilio-
rem elegimus: potentia executiva, tam in Deo, 63.
quam in Angelis, est intellectus ut mortua vo-
luntate; distinguiturque à seipso ut intellectus
est, quia ut intellectus, non dependet à volunta-
te, ut potentia vero executiva ad operandum
ad extra, necessario supponit actum voluntatis

D applicantis illum ad operationem: quod non
sufficit ad constitutendum illum in ratione po-
tentiae distinctæ, sicut distinguitur à voluntate,
sed est eadē potentia cum diverso respectu. Un-
dead probationem in contrarium, dicendū est,
quod Deus continet omnia quæ potest produ-
cere, per intellectum, tanquam per formam &
rationem proximam agendi, per essentiam vero
& infinitatem, quasi radicaliter, & remotè.

E Tertiò arguunt Adversarii contra tertiam con-
clusionem. In intellectu creato, respectu execu-
tionis actionum liberarum, non datur actus im-
perii: Ergo nec in divino. Consequentia videtur
manifesta, cum de divinis loquendum sit pro-
portionaliter ad humana. Antecedens vero in
quo est difficultas, probatur primò. Intentio &

F electio libera exercetur & sit sine imperio ratio-
nis, nam imperium, ut ait D. Thomas 1. 2. quæst.
17. art. 3. est electione posterius: Ergo necesse-
rium non est ad actus liberos elicendos.

Secundò, licet intellectus moveat voluntu-
tem quoad specificationem, non tamen quoad
exercitum; cum hoc sit proprium voluntatis,
qua ut ait D. Thomas 1. 2. quæst. 9. art. 1. moveat
alias potentias, & intellectum quoad exerci-
tum: Ergo imperium intellectus non est neces-
sarium ad mouendum quoad exercitum.

Tertiò, Positâ intentione efficaci finis, & elec-
tione mediiorum conducentium, voluntas fine
alio

DISPUTATIO OCTAVA

504

- alio actu intellectus, per seipsum sufficit ad eorum executionem: Ergo frustra ponitur alius actus intellectus, qui dicatur imperium, sequens electionem.
68. Quartò, Prædictus actus imperii, prout à Thomistis ponitur, videtur tollere libertatem in actibus imperatis: Ergo relegandus est. Consequentia patet, nam actus imperatus sápè est actus virtutis, & consequenter liber. Antecedens probatur. Posito efficaci imperio intellectus, voluntas necessariò operatur juxta determinationem imperii: Ergo non liber.
69. Quintò, Expositione illius actus imperii, sequitur quod pro actibus imperatis eliciendis non sint necessariae virtutes: Sed hoc est absurdum: Ergo talis actus admittendus non est. Sequela Majoris probatur: Virtutes constituantur in homine, ad determinandum potentias animæ ad actus honestos & rationi conformes: Sed posito imperio, potentia quæ imperantur & applicantur ad agendum, plenè determinantur ad operandum: Ergo pro actibus imperatis eliciendis, non erunt necessariae virtutes in potentiis animæ.
70. Sextò, Homo non est sibi subditus, sicut nec alter à seipso: Ergo non sibi imperat, nec habet actum imperii. Consequentia patet, nam imperare pertinet ad superiorem, sicut orare est inferioris: Ergo sicut homo non orat seipsum, quia non est sibi inferior: ita nec sibi imperat, quia non est sibi superior.
71. Denique, Si in intellectu creato daretur actus imperii, ille pertineret ad aliquam ex tribus methodis operationibus, quæ à Philosophis communiter assignantur: Sed ad nullam pertinet; non est enim simplex apprehensio, neque judicium, neque discursus: Ergo talis actus fictitus est.
72. Respondeo negando Antecedens primi argumenti. Ad cuius primam probationem, Soto lib. 1. de justitia qu. 1. art. 1. & lib. 7. art. 7. qu. 1. in fine, censet ad eliciendum actum electionis voluntatis, non esse necessarium actum imperii ex parte intellectus, sicut requiritur ad actus potentiarum inferiorum quæ à voluntate moventur, sed fatis esse judicium practicum quod præcedit electionem. Oppositum tamen magis communiter tenent Thomistæ 1.2. quæst. 17. art. 3. & videtur esse sancti Doctoris ibidem in respons. ad 3. qu. præcedenti art. 4. ubi assertum est imperium intellectus præcedere usum, "qui est actus voluntatis, usum vero præcedere electionem, voluntas enim utitur etiam seipso ad eligendum, sicut intellectus ad intelligendum: Ergo multò magis debet præcedere electionem, quæ est posterior usu. Neque oppositum sequitur ex eo quod assertum est imperium sequi ad electionem. Pro quo
73. Observandum est ex eodem Doctore Angelico, locis citatis, in actibus voluntatis duplex ordinem attendi posse: alterum directum, qui competit illis per ordinem ad sua objecta extrinsecum, in quo actus electionis præcedit imperium, & imperium usum potentia executive. Alterum vero reflexum, qui actus tam intellectus quam voluntatis supra seipsum reflectuntur, voluntas enim vult se velle, sicut intellectus intelligit se intelligere. In isto ergo ordine, actus imperii præcedit actum electionis: nam qui eligit vel vult aliquid objectum, consentit consequenter in electionem, & uituit voluntate ad eligendum, & intellectu ad imperandum voluntatem. Unde quando D. Thomas docet imperium sequi ad electionem, loquitur de illis sequuntur ordinem directum, in quo electio obiecti extrinseci præcedit actum imperii quod tendit ad ejus affectionem, & executionem. Juxta verò secundum ordinem, imperium præcedit etiam electionem, immo & intentionem, & quemcumque alium actum liberum, quatenus in quolibet voluntas utitur scilicet ad volendum.
- Ad secundam probationem, respondeo intellectum per se non mouere voluntatem, neq; alias potentias, quoad exercitium, licet possit quod specificationem posse autem mouere etiā quod exercitium, ut motum à voluntate, ex cuius actu recipit virtutē ad movendum quod exercitum, non solum alias potentias inferiores, sed ipsam voluntatem, ut assertit D. Thomas 1.2. qu. 17. art. 3. Siverò aliquis inquirat, cur voluntas per se non possit se & alias potentias mouere quod exercitium, sine interventu imperii intellectus, cum ex se & in seipso sit efficax? Respondet D. Thoma loco citato art. 3. quod voluntas hinc habeat virtutem ad movendum se & alias potentias absolute, non tamen per modum ordinacionis, quod est proprium intellectus, cuius est ordinare unum ad aliud: unde cum aliquem actum imperii, sit fieri cum ordine ad aliud, imperare non ad voluntatem pertinet immediatè, sed ad intellectum, quamvis non per se sumptum, sed ut motum ab ipsa voluntate, ex cuius usu & motione participat virtutem movendam quod exercitium.
- C. Ad tertiam probationem, responderetur negando Antecedens, quia licet uterque illorum actuum sit in suo genere vel ordine efficax, scilicet per modum intentionis & electionis, non tamen proximè & immediate, sed medio ad intellectus qui dicitur imperium, ad quem pertinet mouere proximè quod exercitium, per modum intimationis ordinativa.
- E. Ad quartam, negatur actum imperii determinare voluntatem, ut tollat libertatem; quia prædictus actus etiam efficax, licet infra necessariò actum imperatum, necessitate consequentia, sicut intentio efficax finis, electionem mediis necessariis ad ejus consecutionem; non tamen tollit ejus libertatem, sed exercetur actus imperatus liberè; sicut ipsum imperium, intentio, & electio ex quibus procedit, libera sunt. Negatur ergo Antecedens, ad cuius probationem dicendum: posito imperio efficaci, voluntatem necessario operari, necessitate secundum quid & consequentia, quia non stat unum, sed fine alio: non autem necessitate simpliciter, sed consequentis, quæ pugnat cum libertate.
- F. Ad quintam nego sequi ex prædicto actu imperii non esse necessarias virtutes pro actibus imperatis eliciendis: nam sine illis, nec intellectus imperat, nec voluntas eligeret, nec mouere intellectum ad imperandum; cum virtus ponatur in intellectu, voluntate, & appetitu, ad ciendi actum electionis, ad quæ sequitur imperium, secundum ordinem directum, ut dictum est.
- G. Ad sextam, in primis dicit potest, quod sicut si duplex est prudentia, una politica & regalis, qui Princeps imperatur sibi subditus; alia monastica, quæ quis sibi seipsum imperat: ita etiam est duplex imperium, unum politicum, & aliud monasticum. Primum est ad alterum, & inferiorum, non autem secundum: quia primum est actus prædicatorum, politica, & quæ quis alios inferiores gubernat: secundum vero prædicatorum, monastica, quæ quis seipsum regit.

Secundo

1. Secundò respondeo, hominem secundum A cui sensibilia sunt, que apud nos sunt insensibilia.
Ad confirmationem respondeo cum Gonzale 85.
hic disp. 65. & cum Alvare lib. 1. responsum
cap. 6. actum imperii quo Deus imperat creatu-
rarum productionem, vel illas in suos fines or-
dinat, pertinere ad scientiam visionis, ut appro-
bationis est, id est quatenus connotat liberum
divina voluntatis decretum, per quod ad pro-
ductionem retum movetur & applicatur. Quæ
solutio & doctrina sumitur ex D. Thoma supra
quest. 14. art. 8. in fine, ubi ait: Scientiam Dei esse
causam rerum, secundum quod habet voluntatem con-
junctam, & prout consuevit nominari scientia appro-
bationis. Unde ad probationem in contrarium,
dicendum est, scientiam visionis, ut approbatio-
nis est, & mota ac applicata per liberum divinæ
voluntatis decretum, esse eminenti modo spe-
culativam & practicam; ac proinde non esse
causatam vel mensuratam à rebus, sed potius sil-
larum causam, regulam, ac mensuram, ut pra-
cedenti Tractatu ostensum est.
- B 86.
- D 3. a. 3.
- Quarunt hic aliqui, an ad rationem provi-
dentialis sufficiat ordinatio rerum in finem, vel
etiam requiratur actualis ipsius finis consecutio?
- Respondeo duplēcēm à Theologis solere di-
stingui in Deo providentiam. Alteram quæ præ-
supponit solam voluntatem antecedentem fi-
nis, & quæ generalis appellatur. Alteram quæ
supponit voluntatem consequentem illius, &
quæ dicitur providentia specialis, seu prædesti-
nativa. Si ergo de hac posteriori providentia fit
fermo, certum est illam importare non solum
ordinationem in finem, sed etiam actualē &
infallibilem ipsius finis consecutionem. Si autem
de priori sit questio, dicendum est cum
Gonzale, Marco à Serra, & pluribus aliis Tho-
mistis, illam importare solum ordinationem re-
rum in finem, non verò actualē ipsius finis
consecutionem: quia deratione generalis pro-
visoris est, ita ordinare in finem, ut tamen
velit, aut permittat, alias ab illo deficere, &
illum non consequi. Unde D. Thomas de verit.
quest. 6. art. 1. In qualibet ordinatione ad finem, est
duo considerare, scilicet ipsum ordinem, & exitum vel
eventum ordinis; non enim omnia quæ ad finem ordi-
nantur, finem consequuntur. Providentia ergo ordine in
finem respicit tantum, unde per Dei providentiam om-
nes homines ad beatitudinem ordinantur. Sed præ-
destinatione respicit etiam exitum, vel eventum ordinis, un-
de non est nisi eorum qui gloriam consequuntur. Idem
doct in 1. dist. 4. quest. 1. art. 2. ubi distinguit
providentiam generalem à prædestinatione; in
eo quod providentia respicit ordinem ad finem,
non tamen eventum ordinis; prædestinatione ve-
rò utrumque respicit, & ideo non est nisi de illis
qui consequuntur gloriam.
- E 87.
- Confirmatur: Providentia non habet majorē
rem efficaciam circa finem, vel ejus affectio-
nem, quam voluntas ex qua procedit, cū tota
efficacia providentiae sumatur ab efficacia vo-
luntatis. Sed voluntas antecedens, ex qua proce-
dit providentia generalis quam Deus habet de
omnium hominum salute, non semper est effi-
cax respectu affectionis finis, cū de facto om-
nes homines salutem non consequantur: Ergo
nec generalis providentia ordinis supernaturalis.
- F 88.
- Advertendum est tamen, duplēcēm debere di-
stinguiri finem, unum particularem à creature in-
tentū, & alium generalem qui intendit ab ip-
so provisore universali. Licet ergo ad providen-
tiam

tiam generalem ordinis supernaturalis, non pertineat a securio finis particularis ipsius creaturae rationalis, qui est vita eterna; ad illam tamen pertinet a securio finis generalis ipsius provisoris, qui est manifestatio suorum attributorum, & ostensio sua justitiae. Quare D. Thomas supra quest. 19. art. 6. docet quod cum voluntas Dei sit universalis causa omnium rerum, impossibile est quod divina voluntas suum effectum non consequatur. Vnde quod recedere videtur a divina voluntate, secundum unum ordinem, relabitur in ipsum, secundum alium. Sicut peccator qui quantum est in se recedit a divina voluntate peccando, incidit in ordinem divinae voluntatis, dum per ejus justitiam punitur.

§. III.

Corollaria precedentis doctrinae.

82. Ex dictis colliges primò, providentiam Dei ab ejus scientia practica distingui, per hoc quod scientia practica est de fine & mediis; providentia autem solum de mediis, quatenus ordinantur ad finem. Ita expressè docet D. Thomas quest. 5. de verit. art. 1. in corp. his verbis: Scientia communiter se habet ad cognitionem finis, & eorum que sunt ad finem; per scientiam enim Deus scit se & creature, sed providentia pertinet tantum ad cognitionem eorum que sunt ad finem, secundum quod ordinantur in finem,

90. Colliges secundo, Dei providentiam ab ejus arte distingui. Ita idem S. Doctor ibidem in respons. ad 9. ubi ait: In rebus potest considerari duplex ordo, unus secundum quod egrediuntur a principio, alius secundum quod ordinantur ad finem. Et subdit, quod ars respicit res productas primo modo, & secundum quod egrediuntur a principio, & inter se invicem collocantur artifex enim ex vi artis diversimode collocat partes adificii: providentia autem illas respicit secundo modo, & importat ordinem rerum secundum quod ordinantur in finem. Et in corpore ejusdem articuli docet quod ars est recta ratio factibilium, id est eorum que ab agente procedunt in extraneam materiam v.g. sciamnum & domum: prudentia autem est recta ratio agibilium, que sunt aeterni non progradientes ad extraneam materiam, sed perficientes ipsum agens, sicut castè vivere, & patienter se habere. Unde cum agibilita factibilibus differant, manifestum est, prudentiam in Deo ab ejus arte distingui, & consequenter providentiam quae est pars prudentiae.

Addo quod perfectio artis consistit in judicando, perfectio autem prudentiae, in imperando, ut docet idem S. Doctor 2.2. quest. 47. art. 8. & probat a signo: nam melior artifex reputatur qui volens peccat in arte, voluntarie devians a judicio quod habet de artefacto faciendo, quam qui nolens peccat ex defectu judicii. In prudentia autem est conversio contingit, est enim imprudentior qui voluntarie peccat ab arte devians, habens scientiam & judicium perfectum, quam qui nolens peccat ob imperitiam artis, eò quod ille deficiat in imperio, ita vero in judicio: qua doctrina est Philosophi 6. Ethic. cap. 3.

91. Colliges tertio, Dei providentiam non esse idem ac legem eternam in quo decipiuntur quidam ex nostris Thomistis, qui oppositum sentiunt: nam D. Thomas quest. 5. de verit. art. 1. ad 6. exprefit docet, quod providentia in Deo propriè non nominat legem eternam, sed aliquid consequens ad illam: quod probat, quia lex etern-

A na consideratur in Deo, sicut in nobis accipiuntur principia operabilium, ex quibus ad confliandum, eligendum, & imperandum procedimus: Ergo sicut principia operabilium naturaliter nota, non sunt in nobis providentia, aut prudenter nota, sed principium illius; non aliter ac principia speculabilia non sunt scientia; sed scientia causa: ita lex eterna in Deo non est prudentia, aut providentia formaliter, sed principium illius: unde colligit D. Thomas effectus eius providentiae attributus aeternae, tanquam ejus principio. Ubi est advertendum, loquid. Thomam de lege aeterna, secundum quod est ratio gubernationis rerum five rationalium five irrationalium: in qua acceptione verissima est ejus doctrina, & discrimen statutum, sic intelligendum, quod sicut lex in nobis tradit regulas in generali, v.g. diligendum esse Deum, parentes honorandos, &c. juxta quas regulas prudentia hie & nunc colligit esse operandum. Ita lex aeterna in Deo tradit generales regulas, v.g. lapidem dorsum, ignem sursum inclinari: providentia vero juxta illas regulas de motibus illorum in particulari disponit, & ideo providentia legem eternam habet pro principio.

Confirmatur: Lex aeterna, ut est proprietas, non est Deo imposita, sed creaturis; nec constituit in imperio monastico resipiente actiones C Dei, sed in imperio regali subditos resipiente, iudicent Theologi cum eodem S. Doctore i.a. quest. 93. At providentia consistit in imperio monastico, & immediate resipicit actum Deiliberum, qui dicitur usus, & mediata executionem, ut conitatibus ex dicendis in Tractatu de praedestinatione. Non ergo sunt idem formaliter timè providentia, & lex aeterna.

Colliges quartò, providentiam distinguendam id est diximus. Ita etiam S. Thomas loco citato de veritate in resp. ad 1. ubi ait: In re creata duo possunt considerari: scilicet ipsa species ejus absolute, & ratio ejus ad finem, & utrumque forma praesertim in Deo. Formula ergo exemplaris rei secundum suam speciem absolute, est idea; sed forma rei secundum quod est ordinata in finem, est providentia. Et subdit: Quamvis idea possit pertinere ad speculativam cognitionem aliquo modo, tamen providentia tantum ad practicam pertinet, et quod importat ordinem ad finem. Etenac patet quest. 15. art. 2. ad 2. docet quod idea ab arte distinguitur, quia haec significatur ut quo Deus intelligit, idea vero ut quod intelligitur. At enim providentia significatur ut quo Deus practice intelligit: Ergo illa etiam a divinis id est virtutibus distinguitur.

Colliges ultimum, Dei providentiam distinguendam virtualiter, saltem inadæquate, a potentia Dei executiva, quae res ad extra producit.

E Probatur: Potentia Dei executiva est scientia ejus practica, seu approbationis, producens res ad extra per actum imperii, ut ostendimus Tractatu praecedenti: Sed providentia Dei, ut jam vidimus ex D. Thoma, virtualiter, saltem inadæquate, distinguatur ab ejus scientia practica: Ergo & ab ejus potentia executiva. Dixi, saltem inadæquate, quia actus imperii quo Deus res ad extra producit, duo munus inadæquate includit, scilicet munus dirigendi, & exequendi; & sub prima ratione pertinet ad providentiam, quae habet res dirigere seu ordinare in finem; sub alia spectat ad scientiam Dei practicam, quae in Deo habet rationem pore-

potentia executive. Quare D. Thomas loco citato de veritate finis corporis articuli ait: *Actus patet praesupponit alium providentia sicut dirigen: unde in providentia non includitur potentia, sicut in operibus.* Id magis constabit ex dicendis Tractatibus, ubi actus ad prædestinationem sequuntur pertinentes discutiemus, & præcipua discrimina quæ intercedunt inter providentiam Dei generalem, & prædestinationem, quæ est specialis providentia, quæ creatura rationabilis ad eternam beatitudinem efficaciter ordinatur, exponemus.

¶

B

Quare D. Thomas h[ic] art. 3. an. Deus immensus omnibus rebus prœvideat? Et respondet quod providentiam duo pertinent, scilicet rationabilium rerum provisarum in finem, & exercitiorum ordinis, quæ gubernatio dicitur. Et fideliter quod quantum ad primum, Deus immensus omnibus prævidet, cum in suo intellectu habitationes omnium rerum etiam minimam rationem verò quantum ad secundum, sed infra gubernat per superiora; non propter defectum sua virtutis, sed propter abundantiam bonitatis, ut dignitatem causalitatis eam creaturis comuniceret.

C

Ille magis explicat & confirmat 3. contra Gent. cap. 77. ex differentia quæ est inter Dei providentiam, quatenus ordinat, & candem, quatenus exequitur eundem ordinem; primum enim (inquit) sit per virtutem cognoscitivam, secundum primum operationem: hoc autem ita se habent, quod perfectio est ordinatio, quod perfectio cognoscitiva, & quod magis ad minima desideria: minorum autem executio conduceat inferius rationem effectui proportionatam: in Deo vero quantum ad utrumque summa perfectio est, in eo enim proficiens sapientia ad ordinandum, & perfectio in virtute ad operandum: oportet igitur quod ipsa sapientiam omnium ordines disponat etiam minima, exequatur vero minima, sive infima, per inferiores virtutes, per quas ipse operatur, sicut rationabilis & altior, per inferiorem & particularem virtutem: Ergo convenientissimum est, quod Deus res per seipsum disponat & ordinet, illam tamen dispositionem per causas inferiores exequatur, & quibusdam ut in creaturis, ut illas regat & gubernet. Unde substantias intellectuales utitur in gubernatione rerum corporalium, & inter substantias corporales, intellectu hanc & sublunaria, reguntur per corpora celestia; homo vero, quia medium tenet inter creaturas mentes spirituales & corporales; ut spiritualis & cognoscitivus, subiectus Angelis a quibus illuminatur; in corporeus vero, & in actionibus corporis subditus corporibus coelestibus, & ab eorum influentiis dependet; quantum vero liber, & agens voluntarium, ac sui sp[iritus] dominus, nulli rei creatae subiectus, sed sibi Deo, cuius providentia ejus motus voluntarii & liberi immediate subduntur, ut docet S. Thomas, contra Gent. cap. 90.

Nec solum in ordine naturæ Deus regit creaturas inferiores per superiores, sed etiam in ordine gratiae; quod ex duplice capite provenit. Primo ex ipsa Dei providentia, quæ ut perfectissima est, convenientissimum etiam ordinem regulos tribuit, sicut autem res convenientissime ordinantur, quando perfectio unius cedit in bonum imperfectioris, & excessus illius quæ perfectio est, redundat in utilitatem ejus quæ minus est perfecta: *Perfectio divina providentie* (in-

A quit D. Thomas) requirit ut excessum aliquarum rerum supra alias, ad ordinem convenientem reducat: *tra Genet. 6.77. ratio-*

ne 5.

*1. Pe-
tri 4.*

ARTICULUS III.

An Deus s[ic] infinita Providentia, omnes nostras bonas operationes ab aeterno prædefiniat, & prædeterminet?

§. I.

Quibusdam præmissis, sententia affirmativa ut vera eligitur.

Notandum primum, duplex solere distingui 97. decretum à Theologis, unum positivum, quo Deus vult positivè aliquid esse; & aliud permisivum, quo sinit, vel permitit aliquid fieri. Ut enim dicit Augustinus in Enchirid. cap. 95. *Non sit aliquid, nisi omnipotens fieri velit, res finiendo ut fiat, vel ipse faciendo.* De hoc secundo decreto non loquimur in præsenti, quia non agimus h[ic] de actibus malis & peccaminosis, quos Deus solum permittit, sed de bonis operibus, quæ positive vult, & decernit, ac per scientiam approbationis cognoscit.

Notandum secundum, quod quando queritur, 98. an divina providentia actus liberos voluntatis creatae prædefiniat, & prædeterminet: particulariter duplice potest importare, vel designare prioritatem. Unam durationis & temporis: alteram naturæ, seu causalitatis. De prima, nulla est difficultas, vel controversia: constat enim, ab aeterno, & ante omnia tempora, dispositio[n]em de rebus faciendis fuisse in mente divina. Nam elegit nos ante mundi constitutionem, ut ait Ait Apostolus: *& ante secula decrevit, qualiter per secula dispositus,* inquit Gregorius in moralibus. Tota ergo controversia devolvitur ad secundum genus prioritatis, an scilicet dentur in Deo decreta, quæ prioritate naturæ & causalitatis

*S. 1.**antece-*

Antecedant futuritionem consensus, & determinationis nostra voluntatis; vel illam supponant ut à Deo prævisam per scientiam medianam? Cujus difficultatis resolutio pendet ex principiis supra statutis, impugnando scientiam medianam, & divinorum decretorum efficaciam demonstrando. Unde

99. Dico, Deum suā infinitā providentiā præordine, prædefine, seu prædeterminare omnes actus bonos & honestos quos voluntas creata in tempore elicitura est: non solum quantum ad illorum substantiam, sed etiam quantum ad modum libertatis & contingentia in eis inclusum. Est contra defensores scientiae mediae, qui (ut supra vidimus) tales prædefinitions & prædeterminationes aeternas & efficaces rejiciunt, & sola decreta indifferentia & conditionata, consensum & determinationem liberi arbitrii expectantia, in Deo agnoscunt. Vel si admittant decreta determinata & absoluta, volunt ea esse subordinata scientia media, & supponere prævisionem futuri consensus, saltem sub conditione quod homo ponatur in his vel illis circumstantiis & occasionibus.

100. Nostram tamen conclusionem docent non solum omnes Thomistæ, sed etiam plures ex antiquioribus & recentioribus Theologis, quoram longum catalogum conseruant Salmanticenses hic disp. 10. dub. 3. & Alvarez lib. 1. responsorum cap. 1. In dñi Henrico Henriques celebri scriptor Societatis, libro ultimo de fine hominis, cap. 4. num. 2. in textu fatetur hanc ante Molinam fuisse concordem & unanimem Theologorum sententiam. Reitè (inquit) concors Theologorum sententia docet, Deum habere prædeterminationem bonorum efficacem, ex providentia perfecta ab eterno, in qua, & per quam, tanquam per rationem, certè omnia sciat. Et cap. 5. allegat pro hac sententia plusquam viginti Doctores, tam ex antiquis, quam ex modernis. Et ibidem addit, Non est ita difficile conciliare libertatem hominis cum tali prædeterminatione, ut quidam Refutatores putant. Subscribit Azorius, & quod olim de Cicerone Augustinus dixit, junioribus suæ Societatis Theologis attribuit: ait enim lib. 4. instit. Moral. cap. 22. quæst. 21. Pauci juniores Theologi, ut voluntatem nostram liberam faciant, faciunt sacrificium, dum negant Deum opera nostra bona præfiri.

S. IL.

Quadam Scripturæ testimonia breviter expenduntur.

PLura Scripturæ loca supra disp. 5. retulimus, ad divinorum decretorum efficaciam demonstrandam, quæ etiam aeternas divinas providentias prædefinitions aperte declarant. Ut tamen haec veritas, quæ est unum ex præcipuis doctrinæ Thomisticae fundamentis, magis elucidetur, & firmius stabilitur, alia Scripturæ testimonia breviter hic exponenda sunt.

101. Primum sumitur ex Apostolo ad Ephes. 1. dicente: Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. Quibus verbis in primis rejicit decreta indifferentia & conditionata, consensum, & determinationem voluntatis creatae expectantia: nam ut ibidem observat S. Thomas, Apostolus non dicit quod Deus operatur omnia secundum voluntatem, ne credas quod sit irrationalis, sed secundum consilium voluntatis sue: id est secundum voluntatem suam, quæ est ex ratione; non secundum

A quod ratio importat discursum, sed secundum quod designat certam & deliberatam voluntatem. Constat autem quod nomine certæ & deliberatæ voluntatis, non intelligitur voluntas conditionalis & inefficax, quæ Deus decernat se influxum in actus voluntatis creatae, si ipsa voluntata haec voluntas non est certa, sed potius incerta & indeterminata; si quidem ex vi voluntatis non habet Deus potius concurrere, quam non concurrere; sed sicut concurreret, si voluntas creata vellet, ita non concurreret, si voluntas creata non vellet: Ergo, &c.

Secundò per haec Apostoli verba, excluduntur alia decreta absoluta & determinata, prævisionem futuri consensus supponentia, quæ etiam in Deo fingunt defensores scientiae mediae: nam si Deus nihil circa nosnos aetius liberos determinat, nisi supposita præscientia futuri consensus voluntatis nostræ, non operatur omnia secundum consilium voluntatis sua, sed potius secundum præscientiam consensus & determinations voluntatis nostræ. Unde Author libri Hypognosticon recte notavit, Paulum nondixisse quod Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis humanæ (sive absolute, sive sub conditione prævisum) sed secundum consilium voluntatis sua: quia ad hanc solam resipxit, ut de operationibus creatis in temporibus facientis disponeret.

Secundum testimonium habetur cap. 2. ejusdem Epistole ad Ephesios, ubi dicitur: Ipsi enim sumus factura, creati in Christo Iesu in opere bonis, quæ preparavit Deus ut in illo ambulemus. Circa quem locum duo etiam notanda sunt. Primum est, quod fidèles dicuntur creari in operibus bonis, quia sicut creatione non presupponit subjectum, sed facit; ita voluntas divina præparans bona opera, non presupponit consensum voluntatis nostræ, sed illum per suam gratiam efficit. Secundum, quod dicuntur bona opera a Deo præparata: id est prædeterminata, prædefinita, seu prædeterminata, iuxta significationem textus Græci, ubi habetur verbum προετέλειν, quod significat prædefinire, præstatuere, & prædeterminate. Unde D. Athanasius explicans hæc verba Apostoli, hanc præparationem, prædefinitionem appellat. Et S. Pio- sper resp. 14 ad capita Gallorum: Fides (inquit) & charitatis opera, atque in eis usque ad finem perseverantia, quia homini per Dei gratiam conseruantur, recte & ista; & quae ei retribuenda sunt, prædefinita dicuntur ex autoritate Apostoli dicentes, creare operibus bonis quæ preparavit Deus, &c. Quod absumpsum est ex Augustino lib. de prædest. SS. cap. 10. & ex illis postea S. Fulgentius, qui lib. 1. ad Monum ait: Deus hoc gratuitā justificationem trahit, præparatum, quod in eterna prædefinitione preparaverat tribuendum.

E His Apostoli testimoniis addi potest istud: Ecclesiastici 33. Quare dies diem superat, & annus annum à Sole? A Domini scientia separati sunt; factio Sole, & præceptum custodiens, per Diu- spientiam dividuntur, & immutavit tempora, & dies festos ipsorum, & exipsis exaltavit, & magnificavit Deus. Quæ analogia dierum & annorum intelligi putat. Augustinus discretionem justorum a peccatoribus, & prædeterminatorum a reprobis, factam ex dispositione & prædefinitione divina: sicut enim dies diem superat, cum non alius alio sit lucidior, placidior, salubrior, fortior, imo etiam festivior & sanctior, quamvis

vis ex parte ipsorum nulla sit ratio discriminis, A uniusque & idem Sol omnium sit causa; quia Deus sua providentia disponit cursum Solis, & suis legibus decernit felicitatem & sanitatem diuinam; ut ex hominibus & Angelis alius alium superaretur, sanctitate, & beatitudine aeternam, quamvis ex parte ipsorum; nulla eos ratio ea causa discernat, sed Deus sua providentia, & suorum gratiae dispositione, eos dividit & inaequales facit.

§. III.

Celebre S. Dionysii testimonium.

Etiam eternas & efficaces divinae voluntates, passim docent SS. Patres, & variis nominibus insigniunt. Nam D. Dionysius vocat illas: *Divinas & bonas voluntates, existentium prædeterminativas, & effectivas.* D. Amatus & Damascenus, *divinas prædeterminationes.* D. Thomas, *prædeterminationes.* D. Augustinus, D. Gregorius SS. Prosper, & Diligen-
tissimus, *prædefinitiones.* Dionysius Carthaginiensis, dicit quod *Theologia vocat illas paradigmata.* Et Mauritius illas nominat, *prescriptiones, & antecedentes.*

Celebris ergo locus habetur apud Dionysium cap. 3, dedicatio nominis. titulo de *exemplaribus:* ubi, ut adverit D. Thomas ibidem lect. 3, agit contra quendam Clementem Philosophum Platonicum, qui existimabat Deum non esse causam rerum determinatricem, & productivam, secundum proprias rationes, sed solum secundum quod est illis commune. Unde potebat (inquit S. Doctor) quasdam causas secundas, per quas ad proprias naturas determinantur; & has causas secundas, exemplaria rerum vocabat. At S. Dionysius ibidem demonstrat, Deum esse primam causam particularium entium, secundum quod sunt in propriis & determinatis naturis; & omnia esse in ipso existentia, ex ipso incipiencia, in ipso custodita, ad ipsam terminata, & ab illo prædefinita, & prædeterminata, exemplaribus divinis prædeterminatis, qua sunt quasi principia divinae sapientiae practicae, quâ Deus omnia producit. Exemplaria, inquit, esse dicimus in Deo, existentium rationes substantialias, & singulariter præexistentes, quas Theologia PRÆDEFINITIONES vocat, & divinas & bonas voluntates, existentium PRÄDETERMINATIVAS, & effectivas, secundum quas substantialis existentia omnia prædeterminavit, & produxit. Quibus verbis expresse docet, quod sicut artifex volens domum adficere, prius eam in mente format, & omnes ejus partes determinat ac disponit, & postmodum eam producunt in re. Ita Deus tanquam supremus artifex, ab aeterno prædeterminavit omnia & singula, que in universo mundo erat facturas, & consequenter etiam actus liberos voluntatis nostra. Unde D. Damascenus orat. 1. de imagin. citans hunc locum Dionysi, ait: *Hæc imagines & exemplaria, prædefinitions appellat sanctissime, Dei munere, divina in rebus considerandis & explicandis, excellensissimum Dionysius: omnia enim ab ipso præfuit, & sine ulla commutatione in eis consilii, non alter antequam fierent, erant expressa, quam quis velis aificare domum, prius imaginem ac formam ipsam in animo effingit, & cogitatione comple-*

Repondet Petrus à S. Joseph in Opusculo quod definitionem Divi Thomæ appellat: in hoc

testimonio Dionysii, solum explicari ideas omnium rerum, ab aeterno in mente divina præexistentes, nec ibidem ullam fieri mentionem de decreto prædefiniente rerum existentiam, vel futuritionem.

Sed contra: Dionysius ibi non loquitur de ideis purè speculativis, quibus res mere possibles, in divina essentia & omnipotencia, tanquam in causa representantur; sed de ideis practicis, & representatibus res ut existentes, vel futuras: Atque ideæ practicae, & representantes res ut existentes, vel futuras, involunt propositum, seu decreterum effectus divinae voluntatis, quo res mere possibile transferuntur à statu mere possibilis, ad statum existentia vel futuritionis, ut docet D. Thomas quest. 6. de verit. art. 6. his verbis: *Idea in Deo ad ea quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt producenda, determinatur ex proposito divinae voluntatis.* Ergo Dionysius non loquitur ibi solum de divinis ideis, sed etiam de decreto, & prædefinitione divinae voluntatis.

Confirmatur: Dionysius in p̄fato testimonio dicit quod Theologia hujusmodi ideas & exemplaria in mente divina existentia, *Prædefinitiones* vocat, & divinas ac bonas voluntates, existentium prædeterminativas. Et S. Thomas hunc locum explicans, ait: *Hujusmodi rationes sacra Scriptura vocat PRÆDEFINITIONES, & bonas voluntates, quæ sunt distinctivæ entium, & effectiva ipsorum;* quia per hujusmodi rationes, supersubstantialis Dei esse PRÄDETERMINAVIT OMNIA, & produxit. Sed idea nudè sumptuosa, cum non pertineant ad voluntatem, sed ad intellectum, non possunt appellari bona voluntates; neque nomine prædefinitionis, & prædeterminationis insigniri, nisi considerentur ut determinatae, & applicatae ad certos effectus representandos & producendos, per decreterum effectus, & præterminans rerum existentiam, vel futuritionem, ut de se patet: Ergo D. Dionysius, & S. Thomas, in p̄fato testimonio, non loquuntur solum de ideis divinis, sed etiam de decreto prædefiniente & prædeterminante futuritionem, vel existentiam rerum.

§. IV.

Alia Sanctorum Patrum testimonia.

PRAEter hoc celebre D. Dionysii testimonium, 107. plura alia ex Sanctis Patribus adduci solent a nostris Thomistis, in ejusdem veritatis confirmationem. Insignis est locus Augustini apud Prosperum sententiâ 58. sic dicentes, *Divina voluntas est suprema causa omnium corporalium, spiritualiumque motionum: nihil enim sit visibiliter & sensibiliter, quod non de invisibili, & intelligibili summi Imperatoris aula, aut jubeatur aut permittatur &c.* Et in libro Soliloquiorum, qui in appendice tom. 9. habetur, cap. 26. sic dicitur: *Priusquam me formares in utero, noristi me, & antequam exirem de vulva, quidquid tibi placuit, præordinasti de me.* Et cap. 24. *Velle quod bonum est non possum, nisi tu velis.* Et 5. de civit. Dei cap. 9. dicit, quod voluntates nostre tantum valent, quantum Deus eas valere voluit, atque prescrivit. Et idem quidquid valeant, certissime valent, & quod factura sunt ipse, omnino factura sunt. Et ibidem, ad designandam summam & infinitam divinae voluntatis efficaciam, & infallibilitatem, docet eam aliquo modo fati nomine appellari posse: ait enim. *Quapropter si mibi fati non*

non alicui rei adhibendum placet, magis diceremus esse fatum infirmioris potentiores voluntatem qui eum habet in potestate. Unde Boëtius 4. de consolat. prosa 7. hæc scribit: *Ordo fatalis ex providentia simplicitate procedit: sicut enim artifex facienda rei formam mente concipiens, movet operi effectum; ita Deus providentia singulari, singula moveret, ac infallibiliter disponit facienda.* Denique idem Augustinus Tractatu 105. in Joan. ait: *Deus omnia futura predestinavit.* Et Tractatu 68. Deus fecit futura, ea predestinando. Et de Prædest. Sanctorum cap. 10. Predestinatione suā Deus ea præscivit quæ fuerat ipse facturus: Deus autem non potest in sua predestinatione seu decreto, a nos nostris futuros præscire, nisi tale decretū sit de se efficax, & causans liberam nostræ voluntatis determinationem, subindeque eam prædeterminans, non vero futurum ejus consensum & determinationem expectans, ut in Tractatu de scientia Dei ostendimus.

Diss.
art. 4
*Denique idem S. Doctor, & invictissimus divinæ gratiæ defensor, lib. de bono pserver. cap. 17. hæc scribit: Si bona opera dantur à Deo, & se daturum esse præscivit, proœcto prædestinavit. Nominis autem predestinationis, D. Augustinus & alii Sancti Pares, non solum transmissionem electorum ad gloriam, sed etiam divinæ voluntatis predefinitionem & prædeterminationem, respectu actuum nostrorum liberorum significant, ut in Tractatu de scientia Dei ostendimus. Unde Fulgentius lib. 3. de verit. prædestinationis & gratiæ cap. 2. Deus prædestinavit ad vitam bonam, prædestinavit ad vitam aeternam, prædestinavit ad fidem, prædestinavit ad spem, prædestinavit adoptandos in seculo, prædestinavit glorificandos in regno. Idipsum etiam ingenuè fatetur Molina inq. quæst. 23. diss. 1. ad art. 1. & 2. §. alii vero: ubi aliquorum Patrum recenseret sententiam, qui predestinationem volunt significare predefinitionem ac præordinationem, eamque locis firmat Scripturæ, quos Latinus Interpres transtulit. *Prædestinavit:* cum in Graeco habeatur verbum προστίθειν, quod est predestinatio, præstitutio, prædeterminatio.*

§. V.

Testimonia D. Thome.

108. *D*ivo Augustino concinit fidelissimus eius discipulus S. Thomas, qui variis in locis, easdem divinæ voluntatis predefinitions, aperi-
tissimum docet. Nam quæst. 3. de verit. art. 7. ait in terminis: *Omnes effectus secundi ex predestinatione Dei proveniunt. Si omnes: Ergo nulli sunt qui non proveniant: Ergo etiam liber consensus nostræ voluntatis est à Deo prædestinatus, & non solum prævisus, & subjetetur ordini predefinitionis, & non solum præscientiæ.* Unde idem S. Doctor quæst. 6. de verit. art. 2. ad 11. inquit: *Hoc ipsum quod est velle, accipere gratiam, est nobis ex predefinitione.* Er in hac parte quæst. 23. art. 5. expreſſe docet, quod non est distinctum id quod est ex predefinitione, & ex arbitrio nostro: scilicet nec est distinctum quod est ex causa prima & secunda.

Præterea idem Angelicus Praeceptor 1. parte quæst. 116. art. 1. in corp. sicut habet: *Ea que hic per accidens aguntur, sive in rebus naturalibus, sive humanis reducuntur in aliquam causam præordinantem, quæ est providentia divina.* Et quodlibet 12. art. 4. subscrigit sententia illorum qui

A dicunt, quod à providentia Dei omnia sunt præ determinata, & ordinata. Et in hoc sensu ibidem docet cum Augustino supra relato, posse concedi omnia subiecti fato, dummodo nomine fati, intelligamus divinam providentiam, omnia quæ sunt in mundo, absoluto, & efficaci decreto præordinantem, & prædeterminantem. Et in 1. ad Annibaldum dist. 37. quæst. unica art. 4. ait expreſſe: *A voluntate divina modum rerum producendarum est prædeterminatum.* Item ad caput 39. Isaïa in illa verba: *Nunquid non audiisti quæ olim fecerim ei?* inquit ex Dei persona: *Malum penit, quod per ipsum inferre prævidi,* & PRÆDETERMINAVI. Et opul. c. 2. cap. 16. docet ex Athanasio, Incarnationem Christi efficiam, secundum PRÆDETERMINATIONEM DIVINAM. Item 1. ad Timot. 2. lecit. 2. exponens illa verba Apostoli, *Cuius testimonium temporum suis confirmatum est,* inquit: *Temporibus scilicet quibus PRÆDETERMINATUM erat fieri.* Et in hac parte quæst. sequenti art. 1. ad 1. solvens argumentum ex Damasceno dicente: *Omnia quæ cognoscit Deus, sed non omnia prædeterminantur.* Respondebat quod Damascenus vocat prædeterminationem, impositionem necessitatis: sicut in rebus naturalibus quæ sunt determinatae ad unum. Eodem modo satisfacit 3. contra Gent. cap. 20. 10. C fine, ubi ait: *Id quod docet Damascenus, quid Deus ea quæ sunt in nobis prænoscit, sed non prædeterminat, exponendum est, ut intelligatur, ut quæ sunt in nobis, divinae determinationes non sive subjecta, quasi ab ea necessitatem accipientia.* Scrutatur ergo S. Thomas, decretum voluntatem nostram prædeterminans, non ad unum per modum naturæ, sed per modum libertatis, esse necessariò admittendum; alioquin frustra hoc explicueret Damascenum, immo nec debuillet illum interpretari, sed illius dictum absoluere concedere.

Ex quibus testimoniis, fideliter, & de verbo ad verbum relatis, intelliges quām parum veritati sint in lectione D. Thomæ quidam Recensiones, qui dicunt nomen hoc prædeterminationis, nullib[us] apud S. Thomam reperiri, sed à recensionibus Thomistis fuisse excogitatum.

Intelliges etiam, eosdem Authores immiterò hoc nomen rejicere ac despicer, cum illud usurpetur, non solum à S. Thoma, sed etiam à D. Dionysio, Damasceno, Athanasio, aliisque SS. Patribus supra relatis. Imo S. Dionysius dicit, *sacram Theologiam;* Sanctus vero Thomas, *sacram Scripturam,* appellare rationes, seu ideas in mente Dei existentes, & per librum Dei decretum, ad certos & determinatos effectus producendos & repræsentandos determinatas: *Divinas & bonas voluntates, existentiam PRÆDETERMINATIVAS,* ut constat ex locis supra relatis. Ermiterò quod ille sacra Theologiam, ita etiam Scripturam dixit, nam tempore S. Dionysii, quæ erat alia sacra Theologia, quam Scriptura sacra:

Denique S. Doctorem decretis prædereminantia admisisse, argumentum evidens est, quod ipse pluribus in doctrinæ locis, que in Tractatu de scientia Dei, retulimus, docuit scientiam Dei respectu futurorum contingentium, & actuum nostrorum liberorum, fundari in decreto, illigatur medio nisi: decretū enim Dei non potest habere rationem medii in quo certus & infallibiliter futura contingentia & actus liberos nostre voluntatis cognoscat, nisi prædeterminans, seu

determinationem nostra voluntatis prioritate nature & causalitatis antecedens: nam (ut ibi- ^{peleg}
dem obseruavimus) ut aliquid habeat rationem medi ducentis certò & infallibiliter in cogni- ^{cap.}
tionem alterius, debet habere certam & infalli- ^{19.}
bilem cum eo connexionem, illudq; prioritate ^{ii 43}
item naturæ & causalitatis antecedere: si enim est pùre concomitans, & ei correlatum, cùm coconitantia & correlata sint simul cognitio- ^{i 15.}
ne & natura, ut docent Philosophi, illa simul cognoscuntur, & utrumque esset reciproce ^{ii 15.}
tuo cognoscendi aliud, ut constat in paterni- ^{ii 15.}
tute & filiatione. Hæ autem conditiones non pollunt convenire nisi decreto prædeterminan- ^{ii 15.}
ti, quia decretum indifferens non habet infalli- ^{ii 15.}
bilem cum actibus liberis nostra voluntatis, sed differenter conjungitur & componi- ^{ii 15.}
tur consensu vel dissensu, ad libitum ipsius voluntatis creatæ, tale decretum purificans, ac determinans ad quodcumq; voluerit. Decre- ^{ii 15.}
tuus vero absolutus, subordinatum scientia- ^{ii 15.}
medio, & ab ea regulatum, non antecedet prioritate naturæ consensum & determinationem voluntatis, sed illud in priori natura supponit à Deo præsumptum per scientiam illam exploratricem quia iuxta Adversarios, nisi præscientia ex- ^{ii 15.}
pluitur, prædestinatione nihil decernit.

§. VI.

Præcluditur aditus solita evasioni Adver- ^{ii 16.}
siorum,

Tam clara & expressa Scriptura & Sancto- ^{ii 16.}
rum Patrum testimonia, conantur eludere Adversarij, dicendo his locis solum haberi, Deū prædictæ omnia opera nostra, aut equum fiant atque in tempore; non tamen antequam per scientiam medium prævideantur futura. Verum ^{ii 16.}
evasioni facile ex supra dictis aditus præ- ^{ii 16.}
cludi potest.

Dicitur. In primis enim illa responso non habet locum in lenientia plurim Rēcentiorum, qui in Deo agnoscunt decretum solum indifferenter & conditionata, respectu nostrorum actuum liberorum; & eagent omnia decreta determinata & absolu- ^{ii 17.}
ta, nonneque prædefinitions relatas ad actus li- ^{ii 17.}
beros nostra voluntatis.

Secundò, Contra hanc evasionem militant ^{ii 17.}
Scripture testimonia §. 2. adducta. Si enim Deus non posse quidquam circa actus liberos nostræ voluntatis definire & decernere, nisi prævio confusu, & deliberatione nostrâ, non operare- ^{ii 17.}
tur omnia secundum consilium voluntatis suæ, ut dicit Apostolus; sed potius secundum consi- ^{ii 17.}
lum, & deliberationem, seu electionem voluntatis nostræ, ut olim docebat Faustus, cuius verba infra referemus. Item si divina constitutio & decretum supponeret prævisionem futuri consensus voluntatis creatæ, ineptè dicterentur ab Apostolo fideles creati in Christo Jesu in opibus bonis; divinum enim decretum, quo ab ^{ii 17.}
aeterno Deus bona opera præparavit, maiorem haberet similitudinem & analogiam cum edu- ^{ii 17.}
catione, qua sit ex præsupposito subiecto, quam cum creatione, que nullum præsupponit subje- ^{ii 17.}
ctum. Incongruè etiam Deus dicteretur in Scriptura trahere homines ad consensum, & de no- ^{ii 17.}
lentibus facere volentes: ubi enim prævidetur voluntas hominis consensu, & seipsum sub au- ^{ii 17.}
xilio & concurso mere indifferenti determinata, ibi nulla potest esse vel imaginari tractio-

A vel cordis immutatio: Quis enim (inquit Augu- ^{peleg}
stinus) trahitur, si jam volebat &c.

Tertiò, Contra eandem responsum pugnante prefata Sanctorum Patrum testimonia, in quibus dicunt omnia esse à Deo præordinata, prædefinita, & prædeterminata. Si enim decretum quo Deus bona nostra opera decernit, ac definit, esset ordine rationis posterius determinatione prævisâ voluntatis creatæ, incongrue divinæ voluntatis prædefinitio, & prædeterminatio vocaretur, & potius ejus postdefinitio, & postdeterminatione deberet appellari.

Quartò, D. Augustinus & S. Thomas supra relati, docent in bono sensu posse admitti fatum, dummodo hoc nomine non intelligamus dispositionem siderum, & concatenationem, seu coordinationem causarum naturalium, à qua Gentiles existimabant omnia in rebus humanis contingere, sed divinam providentiam, omnia que sunt in mundo, ab æterno præordinantem & prædeterminantem conformiter ad naturam & conditionem cuiuslibet rei creatæ. Unde dicit Augustinus §. de civit. relatus à D. Thomâ quodlibeto 12. articulo 4. Si quis hoc modo intelligat fatum, sententiam teneat, & linguam corrigat, nec dicat fatum, sed Dei providentiam. Sed ab iudicio effet ac ridiculum, divinam providentiam fati nomine appellare, si nihil circa nostros actus liberos decerneret ac definire, nisi supposita prævisione fururi consensu nostræ voluntatis:

Ergo &c.

Quintò, Hæc responso videtur favere doctrinæ Fausti lib. 2. de gratia & libero arbitrio. cap. 2. ubi ait, quod magis origine voluntatis humana, genus præscientie derivatur, & quod præscientia Dei de materia humanorum actuum sumit exordium.

Denique SS. Patres, ut reddant rationem in fallibilitatis divinæ providentiae, non recurrent ad Dei præscientiam explorantem futurum consensum liberi arbitrii creati, sed potius ad infinitam efficaciam divinæ voluntatis, efficientis per suam gratiam ut voluntas creata infallibiliter & liberè, divinæ vocationi consentiat, ut constat ex locis disp. 5. relatis: præsertim ex illo percerlebri Augustini testimonio de prædest. Sanctorum cap. 10. ubi explicans hæc verba Apostoli: Credidit Abraham Deo, quoniam quæ promisit potens est & facere, & ponderans hæc ultima verba: Non aut predicere (inquit) arque præscire, sed ait, potens & facere, ac per hoc facta non aliena sed sua: quia ut immediatè antea dixerat: Eisi faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit ut illi faciant quæ præcipit, non illi faciunt ut ipse faciat quæ promisit; alioquin ut Dei promissa compleantur, non in Dei sed in hominum est potestate, & quod à Domino promissum est; ab ipsis redditur Abraham. Et de corrept. & gratia cap. 8. reducit infallibilem perseverantiam Petri in fide, ad divinam præparationem, quæ est prædefinitio seu prædestination, & inquit: Qui ignorat fuisse peritutam fidem Petri, si ea quæ fidelis erat voluntas ipsa deficeret, & permanesceret, si eadem voluntas maneret? Sed quia præparatur voluntas à Domino; ideo pro illo Christi non posset esse inanis oratio. Ecce totam causam infallibilem efficaciam habendi firmam perseverantiam in fide, quia scilicet præparatur voluntas à Domino: Ergo ex præparatione & prædefinitione Dei, non ex prævisione fururi consensu, & ex præsuppositione aliqua prævisa

DISPUTATIO OCTAVA

512

ex parte nostri, provenit infallibilitas, & efficacia divini decreti.

Idem docet Anselmus libro de concordia prædestinationis & liberi arbitrii, his verbis:

Cap. 5. Quoniam enim quod Deus vult non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nullam cogi aut prohiberi necessitate ad volendum vel ad non volendum, & vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse esse voluntatem esse liberam, & esse quod vult. Quibus verbis infallibilitatem effectus liberi reducit tanquam in primam radicem, ad absolutum & efficax decretem voluntatis divinæ, prædeterminantis actus futuros, etiam contingentes & liberos, ratione cuius non potest in sensu composito, & facta suppositione divini decreti, non subsequi actus a Deo volitus.

§. VII.

Rationes Theologicae.

PLura sunt fundamenta Theologica, ex quibus nostri Thomistæ probare solent, Deum actus nostros liberos, sine lesione & præjudicio libertatis create, infinita suâ providentiâ ab eterno prædefinire, & prædeterminare. Nos hic solidiora, & faciliora exponemus.

118. Primum potest sic proponi. Deus est primum ens, ac proinde primum intelligens, & primum volens & consequenter primum liberum: Sed primum liberum debet prædefinire, & prædetermine actus liberos voluntatis create. Ergo & Deus. Major pater, Minor vero, in qua est difficultas, sic probatur. Primum liberum debet esse primum eligens, & primum determinans, cum libertas voluntatis, in ejus electione & determinatione consistat: Ergo non debet experitare, vel supponere, sed potius antecedere, & cauflare, ac proinde prædefinire liberam electionem, & determinationem voluntatis creatæ. Consequenter pater, si enim eam expectaret, vel supponeret, non esset primum eligens, & primum determinans respectu illius: illud enim quod est primum in aliquo genere, nullum aliud in tali ordine præsupponit, sed est causa, & mensura cæterorum.

119. Confirmatur & magis illustratur hæc ratio. Inter primum & secundum liberum, seu inter voluntatem divinam & humanam, eligentes & determinantes aliquam actionem liberam, v.g. conversionem Petri, debet esse aliqua subordinationis, ac proinde aliqua prioritas & posterioritas; subordinationis enim dicit ordinem, ordo autem essentialiter importat prioritatem & posterioritatem: Sed prioritas in eligendo, respectu talis conversionis, ut absolute vel conditionate futuræ, non potest se tenere ex parte voluntatis creatæ Petri: Ergo debet se tenere ex parte voluntatis divinæ, talem conversionem prædeterminantis, & prædeterminantis. Major pater, Minor vero probatur multipliciter. In primis enim istalis prioritas se teneret ex parte voluntatis creatæ, illa esset primum liberum respectu talis conversionis: illud enim censetur esse primum liberum respectu alius operationis, quod primò eam eligit, & determinat.

Secundò, Nos prius eligeremus Deum, quam Deus nos eligeret: quod repugnat verbis Christi Domini Joan. 15, dicentis: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Quorum verborum sensus est, juxta explicationem D. Augustini cap. 17. de prædest. Sanctorum, & D. Thomæ in hunc lo-

A cum Joannis: Apostolos non prius elegisse sequi Christum, quam ipsos Christus elegit in Discipulos.

Tertiò, Voluntas divina subordinaret humanae, subiungentur illi, essetque ea posterior, & veluti quis pedis sequa: quod est contra definitionem Concilii Araucani, & contra exp̄am doctrinam D. Augustini.

Denique, Cū voluntas creata essentialiter dependeat in volendo & operando à divina, implicat contradictionē, quod homo sit, vel concipiatur prius volens, & eligens aliquam actionem bonarē, quam Deus: juxta illud Augustini, Velle quod bonum est non possum, nisi tu velis.

Secunda ratio similiter ex D. Thoma in questionibus disputatis, quæst. unicâ de providentia art. 10. ubi ait: Omne multiforme, & mutabile, & deficere potens, reducitur sicut in principium inactum, quod uniforme, & immutabile, & indeficibile. Sed electiones nostra multiplicitatem habent, mutabilitatem, ac defecibilitatem, ut experientia constat: Ergo debent reduci in divinum decreto, tanquam in principium omnino uniforme, immutabile, & indeficibile. Quam rationem tangit etiam Aristoteles 7. Eudemus Ethica cap. 18. relatus à D. Thoma 3. contra Gentes cap. 89, ubi sic ait: Hujus (inquir Philosophus) quod aliquis intelligat, consideretur, eligatur, & vellet, oportet aliquid esse causam, quia omne non oportet quod habeat aliquam causam: si autem causa eius aliud consilium, & alia voluntas precedet, cum non sit procedere in bis in infinitum, oportet dividere ad aliquid primum: hujusmodi autem primum, oportet esse melius ratione, quod est Deus: Et quia primum principium nostrorum consiliorum, & voluntatum.

Tertia ratiō: Deus habet perfectam providentiam in electionibus, & actibus liberis creature rationalis: Ergo illos prædefinit, & prædeterminat. Antecedens est certum, & demonstratur à D. Thoma 3. contra Gent. cap. 90. potestque evidenti ratione suaderi. Homines enim habent providentiam & regimen de suis actibus liberis, & leges condunt de his quæ liberè agenda sunt: Ergo à fortiori Deus, alioquin humana providentia aliquid attingeret ad quod divina non se extenderet. Consequens vero probatur. Providentia enim quæ nascitur decreto conditionato & indifferenti, quale solum plures ex Recentioribus in Deo admittunt, est valde imperfecta. Tum quia est incerta & fallibilis, & potenxia decreto pure indifferenti, & non habenti infallibilem nexus cum consensu ponit quācum cum dissensu liberi arbitrii creati. Tum etiam quia est potentialis, & confusa, vagæ, & indeterminata, utpote decernens concurreat cum causis liberis; vagæ, & indeterminatae, & ad quodcumque illæ voluerint, & nihil in particulari circa nostros actus liberos definendo, vel determinando. Tum denique, quia talis providentia in sua determinatione & causitate dependet à libero arbitrio, concordum Dei indifferentem, ad speciem actus determinante, & est, velut pendula, & liberi arbitrii consensum & determinationem expectans.

Similiter etiam alia providentia quæ nascitur decreto absoluto, supponente prævilonem futuri consensus per scientiam medianam, est imperfecta, utpote pure speculativa, & explorativa consensus liberi arbitrii sub conditione futuri, quem non prædefinit, nec prædestinat, sed ratiō

tum prævidet & explorat. Præterea talis providentia infirmitatem & impotentiam Deo attribuit, & illi denegat supremum dominium nostras voluntates, & ut loquitur Augustinus, *Humanorum cordum quocunq[ue] voluerit inclinando- rum omnipotensimam potestarem, ut alibi fusé episodus; Deumq[ue] assimilat illis hominibus, de quibus sit mentio Luce 14. quorum alter volens ad discere turrim, prius sedens computat habeat lumen necessarium ad perficiendum, necepsit, & perficer non possit. Alter vero nunc comitem bellum adversus alium Regem, cogitar si posse cum decem milibus occurrere ventienti cum viginti milibus. Ut enim est in multis hominibus sollicitudo, & anxietas ad meditandam, ita similiter in Deo consti- tuendam medium, ad explorandas occa- siones, opportunitates, & circumstantias tem- poris & loci, in quibus homo consensurus est anima vocacioni, & ad investiganda media per quae certe & infallibiliter posse asequi quod intendit. Idem sicut in illis hominibus est im- potentia: si enim essent omnipotentes, sine vi- su omnium examine aggredirentur intrepidè quicunque cogitant. Ita etiam in Deo fingitur im- potentia & infirmitas, si independenter ab illa præsencia & prævisione futuri consensus hu- manæ voluntatis, non habeat in thesauris sua omnipotentia media efficacissima, quibus for- tite & suavitate, infallibiliter & liberè, posse movere, applicare, ac determinate voluntates nostras, advolendum quidquid ipse voluerit. *Qui porro inquit Augustinus tam impie desipiat, ut dicat Deum malas, hominum voluntates, quas vo- luerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere?**

Posset etiam suaderi cotidie argumento delusio ex indifference voluntatis, quæ cum quandoq[ue] sit in actu, quandoq[ue] in potentia, non potest in actu exire, nisi ab aliquo movente extrinseco, quod sit semper in actu, & nunquam in potentia, ad unum per modum liberi deter- minetur, juxta illud Commentatoris secundo p[ro]p[ri]o. *Ab eo quod est ad utrumlibet, non sequitur a- liqua actio, nisi ab aliquo alio inclinetur ad unum.* Sed quia hanc rationem in Tractatu de scientia Dei agimus, eamq[ue] fuisse prosequemur in Tractatu de actibus humanis, eam in praesenti protermittimus, ut ad aliam ex Tractatu de in- carnatione delumptam progrediamus.

§. VIII.

Argumentum deluptum ex mysterio Incar- nationis.

Vltimo suaderi potest conclusio argumen- to delupto ex Tractatu de Incarnatione, quod potest sub hac forma proponi. Secundum Scripturam, & Sanctos Patres, omnes actiones & passiones Christi fuerunt a Deo prædefinitæ, & imperatae; & tamen, non obstante tali præde- finitione & præcepto, fuerunt meritoriae, & consequenter perfectè liberae, cum libertas sit una ex conditionibus ad meritum requisitis: Er- go simul hanc dictio, quod ali quis auctus sit a Deo prædefinitus & prædeterminatus, & nihil o- minus sit perfectè liber, & meritorius; & sic sicut præcipuum Adversariorum fundamentum. Consequentia patet, Antecepens probatur ex illo Luca 22. *Filius hominis sicut DEFINITUM est videntur.* Et Actorum 4. *Convenerunt in civitate ista Tom. I.*

A adversus sanctum puerum tuum Iesum quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum Gentibus & populis Israël, facere qua manus tua & consilium tuum DECERVERUNT fieri. Unde Leo Papa Sermone 7. de passione Domini: *Nulla poterat ratione turbari, quod ante eterna secula, & misericorditer erat dispositum, & incommutabiliter PRÆFINITUM.* Et Sermone 9. *Sacramentum humani generis fuit ante tempora aeterna dispositum, & per multas significatio- nes omnibus retro seculis nunciatum.* Item D. Athanasius relatus à D. Thoma opusculo 1. cap. 16. docet *Mysterium Incarnationis esse factum, secundum PRÄDETERMINATIONEM DIVINAM:* Ergo actiones & passiones Christi Domini fue- runt a Deo prædefinitæ.

Duobus modis ab hoc argumento conantur se expedire Adversarii. In primis etim aliqui cum Vazque, Valentia, & Moncæo, dicunt ac- tiones & passiones Christi Domini fuisse qui- dem a Deo prædefinitæ, & Christo imperatas a Parte, quantum ad substantiam, sed non quantu- m ad circumstantias; putâ quod Christus moretur in tali loco, tali tempore, tali modo. Unde consequenter ad hanc doctrinam ase- runt, Christum non meruisse adimplendo præceptum Patris, quantum ad substantiam, sed so- lum quantum ad circumstantias.

Alii vero negare non audent actiones & pa- siones Christi Domini fuisse prædefinitæ a Deo, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad circumstantias, sed ad- dunt talem prædefinitionem supponere prævi- sionem futuri consensus voluntatis humanae Christi. Unde duo signa vel instantia rationis in Deo fingunt, in quorum primo dicunt, Deum explorasse, & prævidisse per scientiam medium, quid voluntas creata Christi volitura esset, si po- neretur in talibus & talibus circumstantiis; & videns quod illa liberè confessura esset ejus præ- definitione & præcepto, voluit in sequenti signo illi imponere præceptum morienti, ejusque mortem & passionem, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad circumstan- tias, prædefinitivit.

Utraq[ue] haec responsio in Tractatu de Incar- natione à nostris Thomistis multipliciter confu- tari solet. Conta primam arguitur prius ex illo Joan. 4. *Sicut mandatum dedit mihi Pater sic fa- cio.* Quibus verbis denotatur, non solum sub- stantiam operis, sed etiam modum ex circum- stantiis deluptum, sub præcepto Patris fuisse, ac proinde fuisse ab ipso prædefinitum. Unde Actorum 4. illa circumstantia mortis Christi, quod Herodes & Pilatus convenerint in Hieru- salem, dicitur a Deo decreta. Proditio Judæ, flagellatio, crucifixio, aceti & fellis potatio, passim in Psalmis prophetantur. Circumstantia etiam temporis notatur Joan. 13. *Sciens Iesus quid venit hora eius.* Et capite 17. *Pater venit hora, cla- rifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te.* Quæ verba expont D. August. Tract. 104. in Joan. sic ait: *Ostendit omne tempus, & quid, & quando faceret, vel fieri sineret, ab illo esse dispositum, qui tempori subditus non est: quoniam que futura erant per singula tempora, in Deis sapientia, quæ efficiuntur, in qua nulla sunt tempora. Non ergo creda- tur hac hora, fato urgente venire, sed Deo potius ot- dinante.*

Secundum impugnatur eadem responsio: Christus mortuus est ex perfectissima obedientia, unde ut ait Bernardus, *Ne perderet obedientiam,*

Tunc perdi-

DISPUTATIO OCTAVA

514

perdidit vitam: Sed perfectior est obedientia, qua opus quoad substantiam & omnes circumstantias, præceptum, & prædefinitionem supponit, quam quæ solum supponit substantiam operis præceptam & prædefinitam: Ergo non solum mors Christi, quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad omnes ejus circumstantias, fuit Christo imperata, & à Deo prædefinita.

128. Tertio, Ex hac doctrina & responsione Adversariorum sequitur Christum non meruisse ex eo præcisè quod mortuus est, sed ex eo solum quod tali vel tali modo, aut loco, pura in cruce, in monte Calvaria, &c. At hoc absurdum, & erroneum est: Ergo &c. Sequela Majoris est evidens, nam juxta principia Adversariorum, in Christo non potest esse libertas, nec consequenter meritum, ex ea parte quæ est prædefinitio, vel præceptum: Ergo si mors Christi fuit à Deo quantum ad substantiam prædefinita, & à Patre imperata, illa non potuit esse libera, nec consequenter meritoria quantum ad substantiam. Falsitas autem Minoris constat. Tum quia Apostolus ad Philippienses 2. docet quod Christus meruit sibi nominis exaltationem, per mortem & passionem quam ex obedientia pertulit: *Fatus (inquit) obediens usq; ad mortem, propter quod & Deus exaltavit illum &c.* Tum etiam, quia ipsa mors & passio Christi, quantum ad substantiam, fuit opus maximè difficile, & laboriosum Christo. Tum denique, quia illa fuit satisfactoria pro peccatis nostris, ut est certum de fide: Ergo & meritoria. Consequens patet: Non enim minor requiritur libertas ad satisfactionem, quam ad meritum.

129. Denique impugnatur eadem responsio. Dia via providentia, cum sit perfectissima, & universalissima, & se extendat ad omnia ad quæ se extendit ejus causalitas, attingit actus nostros liberos, non solum quoad substantiam, sed etiam quantum ad omnes illorum circumstantias, formalitates, & modos; ut constat ex supra dictis: Ergo cum Deus habeat, vel habuerit multò perfectiorem providentiam de actionibus & passionibus Christi Domini (quia ille erant sumni momenti, & infiniti valoris & estimationis, & ab ipsis pendebat salus orbis, & honoris divini instauratio) quam de nostris operationibus, negari non potest illas fuisse ab ipso prædefinitas, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad modum & circumstantias.

130. Secunda etiam responsio efficaciter impugnari potest, ex triplici absurdo & inconveniente quod ex illa sequitur. In primis enim hac responsio evacuat meritum obedientiae Christi. Tunc enim obedientia destruitur, quādo superior tenet accommodare voluntatem suam voluntati inferioris, & non ē contra, tunc enim superior magis facit voluntatem subditum, quam subditus voluntatem prælati. Atquisi si Deus, salvā & incolumi Christi libertate, nihil potuit ei præcipere, nec ullam ejus actionē, vel passionem prædefinire, nisi prius exploraverit per scientiā medium, quid ille ex innata libertate volitus esset, debuit voluntatem suam accommodare voluntati Christi, & operari, non secundūm consilium voluntatis sua, sed juxta consensum & determinatinne voluntatis humanæ Christi: Ergo ex hac responsione & doctrina destruitur meritum obedientiae Christi.

Hoc potest magis declarari exemplo Religorum: si enim prælatus teneretur se accommo-

A dare voluntati subditorum, nec posset eis præcere, nisi quod prævideret eos ex innata libertate, & propria inclinatione volitus, certè facile esset ipsis obtemperare, & nullum, aut parvum foret in Religiosis obedientiæ meritum. Unde sicut in talis casu Religiosus non posset dicere: sicut præcipit mihi prælatus sic facio, sed potius dicere debebet, sic facio sicut prælatus prævidit me volitus. Ita similiter, Christus non debuit et dicere: *sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio:* Sed potius, sic operor & ago, sicut Pater ab æterno præsevit me volitus.

Secundo, Si voluntas quam Christus habuit moriendo in cruce pro salute hominum, antecedit decretum & prædefinitionem Dei, sequitur quod salus hominū debet refundi tanquam in primam causam, in humanam Christi voluntatem, non verò in divinum decretum, & æternam Dei prædeterminationem: hoc autem est plusquam absurdum: Ergo & illud. Sequela probatur. Illa causa quæ primò se determinat ad salutem hominum, est prima causa, & primadix talis salutis: At juxta hanc responsionem & doctrinam Adversariorum, divina voluntas non primò se determinat ad talen salutem, sed ipsa humana voluntas Christi: siquidem Deus antecedenter ad suum decretum, quod nihil habuit est quālibet voluntatis determinatione, prævidit per scientiam medium quod humana voluntas Christi, posita in tali & tali circumstantia, erat se determinatura ad morientium cruce pro salute hominum: Ergo divina voluntas non fuit prima causa, & primum determinans hominum salutem, sed potius ipsa humana voluntas Christi.

Tertio, Ex eadem responsione sequitur prædestinationem Christi non fuisse purè gratiam, sed dependentem à præscientia meritorum: Consequens est falsum, ut demonstrant Theologoi in Tractatu de Incarnatione, & multis Scriptura testimoniis probat D. Augustinus libro de prædestinatione Sanctorum cap. 15. Ideo plures ex Adversariis docent prædestinationem Angelorum & hominum fieri ex prævisiōnē, quia Deus in signo rationis antecedenti electione illorum ad gloriam, prævidit bonarum opera, & futurum consensum voluntatis create: Ergo similiter, si in signo antecedenti Christi prædestinationem, prævidit bona prospera futura, & futurum consensum voluntatis humanæ Christi, ejus prædestinatione non fuit purè gratuita, sed dependens à præscientia meritorum.

ARTICULUS IV.

Principiae objectiones solvantur.

PRÆCIPUE Adversariorum objectiones solvantur suprà, agendo de divinorum decretrum efficacia, & in Tractatu de Scientia Dei, convellendo fundamenta scientiæ medie; solum hic restant quædam Scripturæ & SS. Patrum testimonia exponenda, quæ videntur militare contra nostram sententiam,



§. I.

§. I.

*Exponentur quadam, Scriptura & Sanctorum
Patrum testimonia.*

Obiciunt in primis Adversarii. Prædefinitiones illæ quas in Deo admittimus, non videntur cohætere cum illo Ecclesiastici 15. Deus unius constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui: adiecit mandata sua & præcepta, scilicet. Quomodo enim (inquit Lessius) reliquit eum in manu consilii sui, si ipse suo consilio, & de cetero efficaci & absoluto, quod velit ab eo faciente prævisionem sui consensus, ab æternō prædestinavit? Si dominus prædefiniret hoc modo omnes actiones quas vellet fieri a famulo singulis diebus, & summâ curâ ipsum eas exequi ceteri dicereturne, relinquare famulum in manu consilii sui, ut ipse suo consilio & arbitrio sumeret quid faciendum sit?

Respondeo hominem non ita dici reliquum in manu consilii sui, ut à prædefinitione Dei, qui in dicit Apollonus. Operatur omnia secundum unum voluntatis sue, aut ab ordine divinæ prævidentiae sit exemplus. Hanc enim libertatem Ciceronem combatitur statuere, qui ut ait. Autem dum homines volunt facere liberos, fecit fortis &c. Sed quia (ut inquit S. Thomas in art. 2. ad 4.) Non presigit ei virtus operativa, determinata ad unum, sicut rebus naturalibus agunt tantum quasi ab altero directe in finem: sed enim per consilium & deliberationem rationis se determinata ad volendum vel non volendum, ad operandum vel non operandum. Porro quia omne consilium, & providentia hominis, continentur sub consilio & providentia Dei, seu causa particularis sub universalis; & homo, ut supra ostendimus, non est primum liberum, ne primum eligens, sicut nec primum movens, nec prima causa suorum actuum liberorum: quodquid boni eligit, & per suum consilium delibera, ac decenit, in Deum tanquam in primum liberum, primum eligens, & primum determinans, ac proinde ut præeligens, prædeterminans, & prædeterminans, reducendum est.

Dicit ergo D. Thomas 1. 2. quæst. 109. art. 2. Homo est Dominus suorum actuum volendi & non relendi, propter deliberationem rationis, quae perfacta ad unam partem vel ad aliam: sed quod deliberet, vel non deliberet, et si huiusmodi etiam statim, oportet quod hoc sit per deliberationem prædictam: & cum hoc non procedat in infinitum, quod finaliter deveniat ad hoc quod liberum hominem arbitrium moveatur ab aliquo exteriori principio quod est supramentem humanam, scilicet Deo. Unde mens hominis, etiam sani, non ita haber dominium sui arbitrii, quin indiget moveri à Deo. &c.

Informati g居t ad argumentum respondeo, distinguendo Antecedens: Deus reliquit hominem in manu consilii sui, tanquam primi consiliantis & deliberantis, nego Antecedens. Tanquam secundi consiliantis & deliberantis, concedo Antecedens, & nego Consequentiam. Solutio est S. Thomæ locis relatis, & 2. 2. quæst. 109. art. 1. ad 1. de veritate, quæst. 5. art. 5. ad. 4. de potentia, quæst. 4. art. 7. ad 12. & 3. contra Gent. cap. 90. ubi ait: quod Hac verba Ecclesiastici ad hoc inducuntur, ut homines esse liberi arbitrii ostendatur, non vero, ut coram electiones divina providentia subtrahantur.

Tom. I.

A Ad exemplum vero de famulo, adductum à Lessio, facile respondetur, negando paritatem. Ratio discriminis patet ex dictis, famulus enim non subordinatur domino particulari, tanquam primo libero, & primo principio suarum operationum, sed solum tanquam causæ particulari, per præceptum, suasionem, aut consilium moraliter illum moventi. Unde libertas quæ est in actionibus illius, non procedit, nec emanat a libertate ipsius domini, nec ab ipsa dependet, sicut effectus à sua causa. At vero voluntas humana in suis operationibus essentialiter subordinatur Deo tanquam primo libero, & primo totius libertatis creatæ & participata principio, ac proinde ex tali subordinatione & dependentia, non impeditur, sed potius causatur exercitium humanæ libertatis. Sicut ex influentia causæ universalis, v.g. cœli aut Solis, non impeditur, sed potius juvatur & causatur generatio plantæ, ut alibi fusè exposuimus.

Objiciunt secundò Adversarii quædam SS. 135 Patrum testimonia, quæ illis videntur favere. Nam Damascenus lib. 2. Fidei cap. 30. sicut habet: Omnia quidem præcognoscit Deus, non autem omnia prædeterminat. Et Chrysostomus hom. 12. in Epist. ad Hæbreos ait quod Deus non antecedit voluntates nostras, ne nostrum ladtatur arbitrium. Item August. 5. de civit. cap. 9. haec scribit: Sicut Deus omnium naturarum Creator est, ita & omnium potestatum dator, non voluntatum. Erde spiritu & littera cap. 31. Legimus, inquit, non est potestas nisi à Deo, nusquam autem legimus, non est voluntas nisi à Deo; & recte non scriptum est, quia verum non est. Denique lib. 3. de libero arbitrio cap. 18. sic habet: Istabrevissimè tene: quacumque est causa voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur. Sed illa prædefinitione quam nos ponimus, est ita efficax, ut ei resisti non possit: Ergo sine peccato, & per consequens sine libertate, ei ceditur. Alia SS. Patrum testimonia adducit Ruiz tomo de scientia Dei, sed ista videntur præcipua, & ex eorum response, ad alia patebit solutio.

Ad locum ergo Damasceni, respondeo cum 136 D. Thoma sequenti art. 1. ad 1. & 3. contra Gent cap. 90. quod Damascenus lib. 2. sicut habet, solùm intendit excludere prædeterminationem imponentem necessitatem, ut est in rebus naturalibus; non autem prædeterminationem cum libertate compositam, qualem in causis liberis admittimus.

Ad Chrysostomum respondet Vazquez 1. p. disp. 91. cap. 8. num. 44. illum fuisse Semipelagianum, sic enim habet: Sententiam Masiliensem (intelligit Semipelagianos,) tradunt multi Patres Græci, inter quos præcipue fuit Chrysostomus, qui & Castiani Magister fuit. Sed ab hoc errore, seu potius calumnia, recte Chrysostomum vindicat noster Sixtus Senensis lib. 5. bibliot. annor. 10. ubi ait, Joannem Oecolampodium, Lutheranæ hæretis professorem, hunc errorem primò ei impoluisse. De quo iterum dicemus in Tract. de prædestinatione, ubi magnum Chrysostomum à Semipelagianorum errore vindicabimus, ipsumque gratiam voluntates præventionem, disertè docuisse ostendemus. Unde cum S. ille Doctor homil. 12. in Epist. ad Hæbreos, negat Deum nostras præventiones seu antecedere voluntates, solūm intendit, ipsum non antecedere voluntates nostras, præventione fatali & violentâ, & liberum arbitrii nostri consen-

Diss.
1. art.
3. §. 6

Ttt 2 sum,

sum, & cooperationem impediens, ac tollente potentiam ad oppositum, ut Manichaei quos impugnat, olim docebant. Non vult tamen excludere antecedentiam & efficaciam adjuvantem, quae non tollat potentiam ad oppositum, sed nostrum faciat liberè operari arbitrium, quem D. Augustini, & S. Thomæ Discipuli docent.

137 Addunt alii qui cum Jansenio in concordia, & Lippomano in præfatione ad catenam, Gracos Patres, præsertim Chrysostomum, caute ad modum legi debere circa materiam de gratia (non quod fuerint Pelagiiani, ut Vazquez existimat) sed quia cùm nondum esset exortus Pelagius, neque h.e.c. controversia discussa, & aliunde Manichaei negantes liberum arbitrium, ipsis negotiis facillarent; in laudem liberi arbitrii multa dixerunt, quæ p[ro]p[ter]e explicanda sunt. Unde Augustinus de predest. Sanctorum cap. 14. Quid igitur op[er]is est ut eorum frumentum op[er]cula, qui pru[mer] quam i[ps]a heresis oriretur, non habuerunt necessitatem in difficultate solvendum questione versari? quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur. Unde factum est, ut de gratia Dei quid sentirent, breviter quibusdam scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent: immorarentur vero in eis quæ adversus alios inimicos Ecclesia disputationabat.

138 Ad primum verò Augustini testimonium, respondeatur S. Doctorem ibidem loqui de voluntate humana, quatenus mala est, ac devians à regulis morum; sib[us] qua ratione non est à Deo, sicut omnis potestas, quæ cùm ex se bona sit, ab illo est. Et ita clare scilicet expliq[ue]at ibidem, subdicens: *Male quippe voluntates ab illo non sunt, quoniam contra naturam sunt quæ ab ipso est.* Et supra cap. 5. Deus non est autor omnium voluntatum, nam non est auctor mali voluntatis. Eodem modo intelligendum est aliud testimonium desumptum ex libro de spiritu & littera, loquitur enim etiam ibi de mala voluntate, ut patet ex verbis istis quæ subiungit: *Alioquin eriam peccatorum, quod absit, auctor est Deus, si non est est voluntas nisi ab illo: quoniam mala voluntas jam sola peccatum est.*

Ad alium locum exhibeo tertio de libero arbitrio, respondeatur quod, quæcumque causa est voluntatis, si non possit resisti, nec potentia antecedente, nec consequente, sine peccato ei ceditur. Secus autem, si ei possit resisti, potentia antecedente, seu in sensu diviso. Quo pacto possumus resistere, seu dissentire divino decreto, & motioni ejus, ut docent Thomistæ cum Sancto Preceptore quæst. 23. de verit. art. 5. ad 3. ubi hæc scribit. *Quamvis non esse effectus divina voluntatis non possit simul stare cum divina voluntate, tamen potentia deficiendi esse est, simul stat cum divina voluntate.* Non enim ista sunt incompossibilita: Deus vult istum salvari, & iste potest damnari: sed ista sunt incompossibilita, Deus vult istum salvari, & iste damnatur. Quod nihil clarius & expressius in favorem nostræ sententiae dici potest.

Addo quod, D. Augustinus ibi apertissime loquitur de causa violenta, & cogente: sic enim incipit illud capitulum 18. *An forte violentia causa est voluntatis, & cogit invitum?* Divinum autem decretum, quamvis efficacissimum, nullam coactionem aut violentiam infert, sed fortiter & suaviter movet, & ita agit nos, ut agamus, & liberè, ac voluntariè consentiamus, &

ut inquit ipsem Augustinus, In ipsis hominum cordibus operatur, non ut homines, quod fieri non posse, nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant.

S. II.

Exponitur celebre testimonium D. Thome.

O Bjiciunt tertio quidam Recentiores testimoniū D. Thomæ quod vocant irrefragabile & insolubile, eoquæ putant S. Doctorem, aperte & directe, decretum prædeterminationis, & physicam prædeterminationem excludere, & veluti jugulare. Sumitur hoc testimonium ex 2. libro sententiæ dist. 39. quæst. 1. art. 1. in corpore, ubi de nostra voluntate sic dicitur. *Ipsa autem potentia voluntatis, quantum in se est, indifferens est ad plura: sed quod determinate exeat in actu vel in illum, non est ab alio determinant, sed ab ipsa voluntate.* Quid apertius (io[annes] Petrus a S. Joseph) dici potuerit ad excludendam prædeterminationem physicam, non video. Nam S. Doctor, conceperis verbis docet, voluntatem nostram se determinare ad voluntum hoc vel illud, & pariter negat eam ad hoc ab alio determinari. At quo ille iudicio his potius negaret, si nolominis existimat voluntatem non posse in aliquem actum erumpere, nisi prius Deo determinatam. Hoc sane perinde esset, ac si dico contradictione simul vera esse profiteretur.

Huic testimonio quod Recentiores illi adducunt, magnificant, & extollunt, multipliciter responderi potest. In primis dico, in texu D. Thome non legi, Non est ab alio DETERMINANTE, sicut scribit & refert Petrus a S. Joseph sed non est ab alio DETERMINATE. Quæ duo valde diversa sunt, ut consideranti patebit. Primum enim quamcumque determinationem extinximus à voluntate decreta excludit. Secundum verolūm significat, illam non determinari ad unum per modum naturæ, sicut agency naturalis; sed ad unum per modum libertatis (id est lib. indifferentia objectiva iudicii, & retinendo potentialia ad oppositum) ut ejus conditio, & natura expicit.

Respondeo secundò, D. Thomam ibi appetere loqui de determinatione voluntatis ad malum, quæ non est ab alio, sed à sola voluntate, quæ cùm sit primum deficiens, & primum se determinans ad malum, non potest à quocumque alio, ad illud determinari. Et quod ille sit verus & legitimus sensus D. Thomæ, patet ex titulo illius articuli, in quo quantum virum in voluntate posse peccatum est & concludit affirmativè, probaturque ex discrimine quod reperitur inter voluntatem creatam & agency naturalia. Quod enim, inquit, voluntas determinat exeat in bunc actum, vel in illum, non est ab alio determinata, sed ab ipsa voluntate: Sed in naturalibus actus prograditur ab agente, sed tamen determinatio ad bunc actum non est ab agente, sed ab objectivo agentia talem naturam dedit, per quam ad hunc actum determinatum est. Unde concludit: Quod si aliquis defectus sit in actu voluntatis, ipsi in culpa & peccatum imputatur, & ita relinquit quod in voluntate potest esse peccatum, quantum ad adamans. Loquitur ergo S. Doctor de determinatione voluntatis ad malum, & ad peccatum, quæ non est ab alio determinata, vel determinante, sed à sola voluntate creatam, quæ est primum liberum deficiens, & primum ad malum le-

determinans. Ex quo etiam infert articulo legendum, peccatum non esse in aliis potentissimis à voluntate, nisi ut illa imperatur.

Respondeo tertio, quod si D. Thomas interdum loquatur de omni determinatione voluntatis, eram ad bonum, intelligendus est quod voluntas nullo extrinseco agente determinatur, quod non sit causa ipsius voluntatis, & modus ejus: hanc enim causam semper excipit, ut pater ex 3. libro contra Gent. cap. 88. & i. p. quart. 3. art. 1. ad 3. & quæst. 105. art. 4. ad 1. & 1. Inj. Scotus, quamvis in pluribus D. Thomæ adverteretur, tamen in hoc principio cum illo convenit: nam in 4. dist. 49. quæst. 6. & 1. Inj. hec scribit: Contra naturam voluntatis determinari à causa inferiori, quia hoc ipso magis posterius. Non est autem contra naturam ejus determinari à causa superiori. Quæ verba non possunt intelligi de determinatione solum moralis, cum non sit contra naturam voluntatis à causis inferioribus moraliter moveri & determinari. Idem docet in 1. dist. 39. quæst. 3. Viso de continenti. Uide Henricus de Villegas controv. 12. prius disp. cap. 2. pro nostra sententia refert non solum Scotorum, sed etiam plures ejus Discipulos videlicet Lychetum, Mayconem, Basilius, Rubionem, Castronovum, & alios. Ecce Gabriel in 1. dist. 33. quæst. unicâ cap. 2. adducens opinionem Scotti, dicit ex ejus sententia, quod voluntate divina, que est prima regula continentium, prius natura determinat contingentia, quia intellectus divinus intelligat illa esse futura. Quoniam clarus dici potest ad excludendam sententiam medium.

4. Ad id vero quod addit Petrus à S. Joseph, nimirum quod alterare voluntatem creatam seipsum determinare, & docere illam non posse in aliquem actum erumpere, nisi prius a Deo determinetur, idem est ac duo contradictiones si multaresse profiteri. Respondeo hoc aperte fallum esse, & doctrinam D. Thomæ omnino contrarium. Nam S. Doctor i. p. quæst. 105.

art. 4. secundo loco sibi objicit: Deus non potest facere quod contradictria sunt si nulvera: hoc autem significatur, si voluntatem moveret; nam voluntatem movere se, est non moveri ab alio: Ergo Deus non potest voluntatem movere. Cui argumento sic responderemus. Ad secundum dicendum, quod moveri voluntate, est moveri ex se, id est à principio intrinsecus, scilicet principium intrinsecum potest esse ab alio principio extrinsecus, & sic moveri ex se non repugnat agere moveri ab alio ab effectu. Item docet quæst. 3. de lib. art. 2. ad 4. his verbis: Cum liberum arbitrium moveat se ipsum, non excluditur quin ab alio motu, a quo habet hoc ipsum quod se ipsum moveat. Uide Ferrarentis 3. contra Gent. cap. 89. Potest dixerit determinari ab alio ab effectu, & tamen habere illud in sua potestate: eo quod causa prima movet namque causam secundam ad suum effectum, secundum conditionem ipsius causa secunda, causam cum non potest deservire, sic ad suum effectum determinat, ut ipsum necessario absolute producat. Causam autem que deservire potest, ita determinat, ut tamen absolute deservire possit in producendo. Non ergo repugnat quod liberum arbitrium a Deo tanquam à causa prima, & primo libero, primo que determinante determinetur, & se determinetur a causa proxima sua operationis, & ut secundum liberum, ac secundum determinans. Si tunc nulla est implicatio, quod generatio planeta sit summa à Sole & cœlo, ut primo generante

A & alterante, & terra tanquam à secundo generante, illi subordinato, ut alibi exposuimus.

Ex his facilè intelliges & expones plura alia D. Thomæ testimonia, in quibus dicit, quod Determinatio actionis & finis in potestate liberi arbitrii constituitur. Quod homo non esset liberi arbitrii, nisi ad eum determinatio sui operis pertineret, & similia, quæ inutiliter congerit, & accumulat Petrus à S. Joseph in suo opusculo. Nam in his locis S. Doctor solum intendit declarare, quod electio & determinatio actionis est in potestate liberi arbitrii, tanquam secundi liberi, & secundi determinantis, ac proinde non excludit subordinationem, & dependentiam à motione & determinatione primi liberi, primi, determinantis, sed potius illam includit; in modo & clare explicat in ipso eodem loco quem citat præfatus Author, scilicet in 2. sent. dist. 25. quæst. 1. art. 2. ad 3. nam postquam dixit, quod Determinatio actionis & finis in potestate liberi arbitrii constituitur, subdit: Unde remaneat sibi dominium sui actus, LICET NON ITA SICUT PRIMO AGENTI.

Quæ ultima verba (quæ ex industria omisit egregius ille D. Thomæ defensor) aperte mentem ejus declarant, & significant, voluntatem creatam habere quidem dominium in suis actus liberos, ratione cuius electio & determinatio actionis & finis, est in ejus potestate: illud tamen non esse supremum, sed subiectum, & subordinatum primo & absoluto Dei dominio, ac proinde indigere ejus motione, & applicatione. Unde ibidem ait: Deus in liberum arbitrium hoc modo agit, ut illi virtutem agendi ministret, & ipso operante, liberum arbitrium agat. Quibus verbis, necessitatem concursus prævi, ad hoc ut liberum arbitrium se ad agendum determinet, non obscure significavit. Nam per concursum simultaneum, Deus non agit in liberum arbitrium, sed tantum cum libero arbitrio; quia talis concursus non est influxus in causam, sed in operationem, & effectum.

Ex dictis etiam facilè convellitur præcipuum Adversariorum fundamentum, defumptum ex eo quod de ratione cause libera est, seipsum ad agendum determinare, ac proinde illi repugnat à Deo prædeterminari. Facile enim respondetur, quod de ratione cause libera est seipsum determinare, eo modo quo libera est. Si enim sit primum liberum, & a quo cuncti alio independent, debet seipsum per se primò, & independenter à quocumque alio determinare. Si vero sit tantum secundum liberum, & alteri in suis electionibus, & actionibus liberis essentialiter subordinatum, & ab eo totam suam libertatem participet, debet quidem seipsum determinare, sed dependenter à motione & determinatione alterius cui subordinatur. Unde D. Thomas i. part. quæst 19. art. 3. ad 5. hoc statuit discrimen inter primum & secundum liberum, & inter voluntatem divinam & creatam, quod voluntas creatrix, cum sit ex secon ingen, oportet quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum: sed voluntas divina, que ex se necessitatem habet, determinat seipsum ad voluntatem ab quod habet habitudinem non necessariam. Sicut ergo de ratione causa efficientis non est quod sit prima, sed quod efficiat, licet moveatur ab alia priori, ut pater in igne, & cœlo. Ita non est de ratione liberi, ut se primò determinet, sed ut se determinet juxta suam naturam; ita quod si fuerit primum liberum, ut est Deus, determinet se primò: si vero fuerit secundum tantum liberum,

TIT 3 quale

quale est nostra voluntas, determinet se secundariò, & dependenter à motione & determinatione primi. Unde Benedictus Peretius, Societas Jesu, quem Possevinus virum ingenie-ruditione & perficuitate referunt appellat, lib. 8.

Folio 30. de causis cap. 9. hæc scribit: *Licet voluntas nostra nihil operetur nisi mota & determinata à Deo, quia tamen moveretur ab ipso convenienter natura sua, & ut natura sua apta est moveri, hoc est non necessariò, sed libere, ideo vere dicitur, vereque est libera: si enim voluntas nostra moveretur à Deo, ut non se moveret ipsa ad agendum, necipit se ad agendum determinaret, omnis pro se meriti & demeriti, & libertatis ratio funditus tolleretur: sed quia Deus eam sic moveat, ut ipsa nihilominus simul etiam seipsum moveat, & per suam determinationem se determinet ad agendum hoc vel aliud, ob eam causam merito appellatur, & est vere libera: non enim intelligentem est voluntatem esse liberam omnino, ita ut à nullo pendeat, nullique subjiciatur; bac enim libertate solum Deum liberum esse agnoscimus, quippe quis omnino liber, à nullo dependens, & nullius indigens, sufficiens sibi ad omnia. Hoc autem libertas nulli creature convenire potest, ratione enim cuiuslibet creature, necessariam & inseparabilem continet dependentiam à Creatrice tam in existendo quam in omni operatione.*

146 Confirmatur: Idem est voluntatem libere se determinare ad aliquem actum, & habere dominium illius: Sed voluntatem habere dominium sui actus, non tollit quod Deus habeat illud prius & excellentius, cùm sit universalis dominus omnium. Sicut quod Vassallus, vel Feudatarius habeat dominium utile in fundum, non tollit vel impedit, quin Rex vel Dominus habeat in illum, supremum & perfectum dominum: Ergo quod voluntas libere se determinet ad aliquem actum, non tollit quin à Deo, ut primo libero, & supremo ejus domino, prædeterminetur.

Alia S. Doctoris testimonia, quæ Petrus à S. Joseph in predicto opusculo nobis objicit, exactè discutentur, ac dilucidè explicantur in Tractatu de actibus humanis, disp. 6. art. 2. §. 12. Argumenta vero ex Dei sanctitate, & hominis libertate desumpta, art. sequenti §. 9. & sequentibus, & in Tractatu de prædestinatione disp. 6. quæ erit de concordia libertatis cum divina providentia & prædestinatione, proponentur ac diluentur. Interim placet hinc inserere Reverendissimi Patris Magistri Hyacinthi Libelli, olim Röme in Conventu Fratrum Prædicatorum super Minervam, Theologiae Professoris, nunc Sacri Palati Magistri, egregium discursum relatum à Caramuel in sua Theologia fundamentali, in expositione Thesum de scientia Dei, Thesi 3. quo præfatus Magister solidè & perspicue demonstrat, cum decretis, & prædefinitionibus divinis, coherere arbitrii nostri libertatem, & præcipuum Adversariorum fundamentum, nimis quod omnis suppositio antecedens, tollit arbitrii nostri libertatem, pro suis infringit. Verba ejus sunt.

148 Argumenta que probant cum scientia Dei in decreto Thomistico fundata non coherere libertatem, eadem sunt ac illa que probant cum decretis & prædefinitionibus non coherere libertatem, ac proinde nolo ea solvere, hanc enim provinciam sibi assumit ille qui hoc eodem anno materialiam de voluntate

A te Dei, divinisque prædefinitionibus tradit. Hic tantum volo facere. Primum est, aliqua que mihi singularia videntur, & que rorū huic materia magnū lumen accendunt, adducere. Secundum, vos docere, à quonam S. Thomas accepit, an à quo principio quodammodo subsursum fuerit suam concordiam decreti, scientie, voluntatis, prædefinitionis, gratiae, & auxilii efficacis, proprieatis una parte, & libertatis ex alia, que tanto plauso accepta fuit, ut ante Molinam nein extiterit, qui illi non subscripterit.

Circa primum, jam seit scientiam Dei, divinisque prædefinitionis, & decreta antecedere tam in re, tam in intentione, quenlibet usum humanae libertatis, & hinc ab Adversariis nos fortissime urgevi, quomodo scilicet possumus libertatem sartam & tellam convarare; cùm omnis necessitas, qua oritur ex aliqua antecedente, absoluta, cogens, & libertati iniuncta esse videatur S. Thomas huic, que videtur invicta difficultas, clare & profundè responder, necessitatem artam ex antecedente, cui subditur non solum substantia actus, sed etiam modus libertatis, non solum necessitatem cogentem, sed foventem libertatem. Huius meobis sepius narratum, repetitum, & exaggravatum intelleximus.

Igitur quod intendō facere in praesenti, est declarare hoc panarium, quia cardo est istius controversie. Nam aliquam suppositionem, cum quæ non supposibilis compositione actus oppositi, ita certum est, ut ne ipsi forent divisionum decretorum diffireantur; eam esse suppositionem artus liberi, ipsi quoque concedunt: suppositionem quod voluntas operetur, non potest non operari. Hanc autem suppositionem non laedere libertatem id dicunt, quia est consequenter orta, scilicet exinde quem ego mea voluntate pono; quod si oritur ex alio quod à mea voluntate non dependet, tantum ab eo ut libertatem conservaret, quineam potius præteret, & funditus eradicaret. Hoc suppositio.

Interrogo Adversarios, cur impossibilitas penitus alius extremitus pro aliquo tunc, orta ex suppositione consequente libertatem, non laedat libertatem? Omne uno ore respondent, id est non laedere libertatem, quae est effectus libertatis; unde potius illius signum est quam corruptela. Igitur, si datur aliqua suppositionem quæ non sit effectus, sed causa libertatis, eam potius disabit, quam destruet, ex ipsis enim terminis convenerit, quod sicut implicat, quod illud quod sequitur libertatem, eam perdat; ita implicat, quod illud quod libertatem antecedit, & est causa illius, illam perdat; causa enim non destruet effectum suum, sed producit; est enim in terminis ipsis repugnantia, sicut ex quo suppositio antecedens causet libertatem, & quod eam exterminet.

Ex quo ulterius sequitur, necessitatem ortam ex tali suppositione dici jure merito consequentem; unde ex suppositione antecedente oritur ex parte alterius extremi necessitatis consequens: in quo sicut hallucinatio contraria, licet nobis perspicuum, & ab omni dubitatione alienum esse videatur, quod partim supra explicavi, partim modo declarabo. Etenim necessitatem ortam ex suppositione antecedente, cui subditur libertatem, efforta ex ipsa libertate actus, siquidem efforta ex causa, prout reduplicative causante libertatem; nemo autem dubitare potest, quod id quod oritur ex causâ, ut actu causante, non oritur etiam ex ejusdem sicut quia Sol ut actu indurans limum, dicitur exsiccans limum, nemo dubitare potest, quod exsiccatori limi, ut reduplicative talis, à limi indurazione aliquo modo dependeat.

Quam nego dependentiam supra vocari dependentiam

dentiam à libertate objectivè accepta, non à libertate A
executiva posita; & hoc consequentia sufficit, ad hoc
ut libertas integra servetur: quod si sedulò medita-
retrit adversarii, facilius intelligerent, & se nostrā
predeterminatione difficultatibus obrui non quereren-
tur, si quam considerarent prescientiam & præde-
terminacionem esse causam libertatis, originantem
liberum, fructum, effectricem, & operatricem li-
bertatis, non minus ac ipse actus sit effectus libertatis,
ingratuus à libertate, ab illa factus, & veluti opera-
miserit.

Sed hoc dicent Adversarii, difficultatem nostrā
conveniunt confidere: quod posit dari aliquid antecedens,
ad libitatem causans, ipsos non inficiari;
quoniam semel illud tanquam verum admittitur,
sequenter quod prædeterminatione aut præscien-
tiam potius quam destruit libertatem, in ea sup-
ponunt dicunt herere, nec eos illam capere, aut a
libertate possesse existimant.

Iam ergo cum ipsis aequali periculum susinemus,
quod libet. Tuit aliquorum opinio quoniam com-
munitate Metaphysicam rejeciunt, non dari libertatem in
auctoritate, sed omnem actum secundum habere ne-
cessitatem essendi libertati adversarii. Si ergo pro-
prie contendit illius omnium calculo damnata opini-
onia Authoris, omnem necessitatem strangulare li-
bertatem; nonne statim ad implicantium, que est in
duco quod necetas ex ipsa libertate oriatur, tanquam
aliorum aylum confugient? Quomodo ergo fieri
potest ut non intelligent, quā rationabiliter nos cū
argumentis illorum urgemur, quibus probant necessita-
tēm nostram esse inimicam libertati, ad implicantium
ipsius quoniam manifestam, qua est in hoc quod præscien-
tia canet libertatem, velut ad inviolabile aylum re-
surrinximus?

Imo quod posse Deus infallibilitatem provenientem
in voluntate sua prescientia, illa sā libertate constitue-
n, ex adversariis principiis alia ratio e confi-
mi. Dicit Suarez, quem plerique Patres Sociera-
ti scissi sunt in Metaphysica disp. 19. scđ. 3. posse da-
re naturalem motionem, quā, stante indifferen-
tia iudicii, ut a Deo voluntas abripiatur, ut jam in al-
teram contradictionis partem, non libere, sed omnino
necessario fieri quod reperit etiam in opusculis li-
bri de auxil. cap. 2. num. 12. quod ipse hac ratione
pendit. Cum in voluntate libera duplex sit potestas
(ad voluntum scilicet, & non voluntum) neura ea-
rum affinitate virtutis & efficacia: Ergo in utraque
potest superari a Deo superiori agente, qui est infinita
virtus & efficacia: Ergo stante adhuc & perseve-
rante indifferenti iudicii, potest a Deo ita moveri &
operari uita nostra, quatenus habet potestatem vo-
lenti, ut si prorsus impotens ad resistendum, nec pos-
sello modo uti altera potestate, quam habet ad no-
lendum: Ergo tunc in tali actu non erit usus li-
bertatis, etiam si facultas in resistibilia, & obje-
ctum ita sit propositum, ut necessitatem non infi-
cuerit. Hanc rationem benetenete, & videite quale ar-
gumentum pro nostra Schola verissima doctrina su-
matur.

Et sic descurrit. Secundum predictam Suarez, vi-
vidissimi, opinionem, Deus potest a voluntate au-
tem libertatem, eam ad alteram partem contradic-
torum determinando; quia facultas quam habet volun-
tatis ad utrumlibet, est finita, & consequenter a divina
virtute & efficacia superabiles; at similiter facultas, quam
habet voluntas ad operandum fallibiliter, est finita: Er-
go potest ab efficacia divina virtutis superari. Sicut
ergo per hanc fieri potest, ut voluntas in alteram par-
tem naturali necessitate flectatur; ita per eandem
potest, ut in eandem partem, salvā libertate, in-
fallibiliter inclinetur.

Quod si contendant hoc fieri non posse, ob essentia-
lem connexionem, qua est inter modum fallibiliter
operandi, & liberè operandi, ex qua connexione ori-
tur ut non posse Deus, illa sā libertate, voluntatem
inclinare ad infallibiliter operandum: dicatis sta-
tim, quod licet libera facultas agendi & non agendi,
sit finita, tamen est necessario, & essentialiter annexa
indifferentia iudicij, ut nequeat Deus indifferentiam
objectivam & iudicij conservare, quin facultatem ad
utrumlibet potentiam libera conferret; siquidem fa-
culty libera voluntatis ad agendum, nil aliud est,
quam ipsissima potentia voluntatis, ut connotans ob-
jectum indifferenter propositum: Igitur, vel dicen-
dum est, quod casum suum contra nos Suarez, ejus-
que sectatores non probent; vel si probant, quod effi-
cacious ex eodem principio nos colligamus, efficaciam
precedentem esse libertatis amicam, & contubernia-
lem; quod jam satis à nobis manifestatum esse arbit-
ramur. Hæc Pater Libelli, vir Caramuelis
judicio acutissimum.

Alterum quod idem Author demonstrat, à
quo nimis rūm S. Thomas hunc modum con-
ciliandi libertatem cum Dei præscientia, &
divinorum decretorum causalitate acce-
pit, in Tractatu de prædestinatione refere-
mus.

Diss.
6.42
§.22

ARTICULUS IV.

An peccata in subsint divine providentia, ut
etiam subjiciantur ejus causali-
tati?

S. I.

Premittitur quod apud omnes est certum.

Extra dubium est, peccata aliquo modo sub-
jici divine providentia: Primò quidem,
quia Deus ordinat peccata, ut si saltem secun-
dum se nihil conferant universi perfectioni,
conferant, saltem ordinis suo. Sic paulæ pre-
cisè sumptu, nihil conferunt cantu, plurimum
tamen ad ejus harmoniam & suavitatem con-
ducunt, si debito modo disponantur, & certis
quibusdam intervallis fiant. Sic etiam umbræ
conferunt pectus, & macula pulchritudini faci-
ci. Unde egregie Augustinus libro imperfecto
de Genesi ad litteram, cap. 5. Non dicimus (inquit)
Deum fecisse tenebras, quoniam speciem ipsam Deus fe-
cit, non privationes que ad nihilum pertinent: quas ta-
men ab eo ordinatas intelligimus, cum dicitur. Et divi-
sus ita sit propositum, ut necessitatem non infi-
cuerit. Hanc rationem benetenete, & videite quale ar-
gumentum pro nostra Schola verissima doctrina su-
matur.

Certum

DISPUTATIO OCTAVA

320

150. Certum est etiam, quod Deus peccatoribus utitur ut exequatur consilium voluntatis sua: sic proditione Iudea, & Iudeorum scelere, ad implendum humana Redemptionis Mysterium usus est. Ut elevaretur Joseph ad solium & thronum Aegypti, non inutilis fuit Deo invidia fratrum ipsius, nec impudicitia uxoris Putiphar. Hinc est quod in Scriptura dicuntur aliquando peccata fieri ex imperio, consilio, & intentione Dei, quia scilicet haec exequitur Deus per hominem peccata. Unde Augustinus in Enchiridione cap. 101. Deus quasdam voluntates suas, utique bonas, implet per hominum voluntates malas, sicut per Iudeos malevolos, bona voluntate Paris, Christus pro nobis occisus est. Et cap. 100. Hec sunt (inquit) magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus, & iam exquisita, ut cu[m] angelica & humana creatura peccasset, id est, non quod ille, sed quod ipsa voluit, fecisset, etiam per eandem creaturam voluntatem, qu[m] factum est quod Creator noluit, impleret ipse quod voluit, bene utens & malis, tanquam summe bonus, ad eorum damnationem quos justè predestinavit ad peccatum, & ad eorum salutem quos benignè predestinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod ipse noluit fecerunt; quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficerem valuerunt; hoc quippe ipso quod contravoluntatem Dei fecerunt, de ipsis facta est voluntas ejus; propterea namque magna opera Domini, & exquisita in omnes voluntates ejus, ut miro & ineffabili modo non fiat prater ejus voluntatem quod eriam contra ejus voluntatem; quia non fieret, si non sineret, nec utique nolens finit, sed volens: nec sineret bonus fieri male, nisi omnipotens etiam de male posset facere bene. Haec ille non minus acutè quam sapienter. Indergo Deus benè, unde nos male, quodque nobis non inutile modò, sed & malum ac noxiū, illi utile est & bonum. Unde Boëtius 4. de Consolat. prosa sexta: *Sola est divina vis, cui mala quoqua bona sunt, cum ei competenter utendo, aliquis boni elicit effectum.* Hec ut dixi certa & indubitate sunt apud omnes, sed gravis difficultas est, an peccata ita subsint divinae providentiae, ut etiam aliquo modo subjiciantur ejus causalitat[i], pro cuius resolutione, quædam breviter h[ic] obser- vanda sunt.

151. In primis enim notandum est, duo in peccato commissionis reperi, materiale scilicet, & formale. Formale peccati est ipsa deformitas & malitia per quam constituitur formaliter in ratione peccati, & mali moralis: sive haec constitut formaliter in privatione reitudinis, sive in positivo, sive in utroque simul: de quo in *Diss. 3.1.1.* Tractatu de peccatis. Materiale vero, est actus à voluntate elicitus, vel imperatus, qui est subiectum malitiae, diciturque malus moraliter, sive ab objecto, sive à circumstantiis: de quo in eodem Tractatu.

152. Notandum tertio, materiale peccati, sive fundamentum malitiae moralis, posse duobus modis considerari. Primo formaliter & reduplicative, prout scilicet fundat ipsam malitiam & deformitatem. Secundo materialiter, seu specificative, quatenus dicit illud quod alia est materiale & fundamentum malitiae peccati, non tamen prout est huiusmodi. Sicut possumus considerare fundamentum relationis, & formaliter quatenus est fundamentum, & materialiter, quatenus est res quæ alia ejus fundamentum est. Unde sicut fundamentum relationis absolute & materialiter sumptum, pertinet ad

A suum speciale genus: puta substantia, qualitas, vel actionis: quatenus verò fundamentum formaliter & reduplicative, reducitur ad lineam relativorum, tanquam initiativum ipsorum. Ita materiale peccati, absolute & materialiter sumptum, pertinet ad lineam entis & boni transcendentaliter. Formaliter vero & reduplicative consideratum, pertinet reductivè & initiativè ad lineam mali moralis, velut initiativum ipsius.

Notandum quartò, duplum dari in Deo motione. Unam generalem, quæ ut provider universalis exhibet auxilium & concursum, qui absolute necessarius ut est homo per rationem determinet se ad id quod est bonum verum vel apprens. Alteram vero specialem, per quam Deus specialiter moveret ad aliquid determinatum, quod est verum bonum; nempe consilio, inspiratione, pracepto; & tunc fungitur munus provisoris particularis, de nobis solliciti, nosque in agendo non solum ad bonum transcendens, sed etiam ad bonum honestum, & nostra naturæ congruum, ordinantis: quod ut melius percipiatur.

Notandum quintò: inter haec duo genera motionum, plura interesse discrimina. Primo enim, ut diximus, est generalis, & communis omnibus causis secundis. Secunda specialis, ne potest con venire nisi creature rationali. Primo pertinet ad ordinem physicum, secunda specta ad ordinem moralem. Prima est præcisia, & attingit solum in actu ad quem movet, entitatem, actualitatem, vitalitatem, bonitatem transcendentalis, aliasque rationes ad lineam entis pertinentes & abstractas à deformitate & malitia moralis, quæ per accidens, & ex defecibilitate creature rationalis, actu libero adjunguntur. Secunda vero non est præcisia, sed terminatur ad actum ut vestitum omnibus circumstantiis, & secundum omnes conditiones & modos quos recipit ab operante; unde si actus ad quem moveret sit malus, & regulis morum deformis, talis motio, secundario fatem & indirecte, adaptam malitiam, & deformitatem se extendit.

§. II.

Lutheri & Calvinii errores referuntur.

Lutherus & Calvinus, duo præcipua antiqua draconis capita, ad quorum vipteros fibulæ totus orbis cohortuit: existimantes liberum arbitrium per peccatum originale in nobis effectum, & divinum decretum humanæ voluntati necessitatem imponere, nihilque in mundo libere & contingenter evenire: consequenter ad hunc errorem, dixerunt, non esse in potestate hominis vias suas bonas aut malas facere, sed hominem à Deo necessitari ad peccandum; illumque operari in nobis opera mala, sicut & bona voluntate humanæ mere passim se habente, vel solum sponte concurrente. Ita docet Lutherus in assertiōibus, assert. 36. quem sequitur est Calvinus lib. 3. instit. cap. 23. nu. 3. ubi ait, *Deum esse authorem criminis secenties confitit.* Et in eodem libro irritet distinctionem Catholicorum distinguendam inter permissionem peccati, & ejus effectiōem, & dicit, *Deum effectum omnium auctorem, quæ ipsi Censores (sic Catholicos vocat) volunt otioso tantum permisso contingit.*

Docet etiam Calvinus, *Deum tentare posse* homines ad peccandum, & ad ostentandos opes

DE PROVIDENTIA DEI.

521

¹⁷ opera Deum, subinde que non solum physi-
ci, sed etiam moraliter ad actus malos & pecca-
tum homines prenotare. Ita assert lib. 2 in-
firmit. cap. 4. quoniam his verbis: *Sathan ipse, instru-
mentum cum fitre Dei, pro ejus nutu ac imperio, huic
acte illuc se insedit, ad exequenda ejus iusta judicia.*

Eiusmodi docet, duobus modis Deum concurre-
re ad malitiam peccati, & ad obdurationem at-
que execrationem, deferendo scilicet, seu sub-
mendo gratiam (quem modum Catholici
cum Augustino admittunt) & operando per mi-
sericordiam diaboli, instigant homines ad
peccatum.

Probatur tertio conclusio ratione quam insi-
nuat D. Thomas in 2. dist. 37. quæst. 2. art. 2. De-

B defectus qui est in effectu non debet attribui causæ
universalis & remota, sed proximæ & particula-
ri. Nam defectus claudicationis non est ab ani-
ma, aut à virtute motiva, sed à tibia curva, & de-
fectuosa. Item defectus floritionis, vel fructifi-
cationis in arbore, non est à cœlo, vel à Sole, sed
à terra, vel radice. Cum ergo Deus sit prima, &
universalissima omnium causarum, per le primæ
artitiones in rebus creatis rationem entis, &
actualitatem existentia: defectus naturales, vel
morales, qui contingunt in causis inferioribus,
naturalibus, vel liberis, non debent illi attribui
tanquam causa, sed reduci in causas secundas
deficientes, & in voluntatem humanam, disfor-
miter ad regulas morum operantem.

C Probatur quartio: Peccare est deficere à mo-
tione primi moventis, & ab illius fine & scopo

declinare: Ergo repugnat quod divina provi-
dencia hominem moveat ad peccandum, seu
quod per suam motionem sit causa peccati.
Consequentia patet, Antecedens etiam non est
minus evidens, peccatum enim in eo consistit
quod deficitus ab ordine & motione primæ
causa, ac declinamus à fine & scopo illius: unde
a Dionysio 4. de divin. nomin. malum dicitur
esse præter principium, præter viam, præter fi-
nem & scopum, & D. Thomas quæst. 3. de malo
art. 1. ait quod defectus consequitur in actione, ex hoc
quod agens deficit ab ordine primi moventis, sicut ar-
tífex non peccat contra artem, nisi quando non
sequitur motionem & directionem artis, & in-
strumentum non deficit, nisi quatenus non se-
quitur actionem causæ principalis, & tibia non
claudicat, nisi quia proper suam curvitudinem, se
subtrahit à rectitudine motus ad quem anima,
mediâ potentia gressivâ, illam applicat.

Denique potest suaderi conclusio alia ratio-
ne quam tangit idem S. Doctor 1. 2. quæst. 79.

art. 1. his verbis: *Dens non potest esse directe causa peccati, vel sui, vel alterius, quia omne peccatum est per re-
cessum ab ordine qui est in Deum sicut in finem: Deus
autem omnia inclinat & convertit in seipsum, ut dicit
Dionysius cap. 1. de divinis nominibus.* Hunc propter-
ea concipit Boëtius tanquam in excelsis solio
de cō-
solidentem, & omnia quæ producit, ad se re-
ducentem, quod nō faceret, omnia relaberentur
me-
in nihilum. Verba ejus sunt:

*Sedeat interea Conditor altus,
Rerumque regens flebit habenas,
Rex & Dominus, fons & origo,
Lex, & sapiens arbitrus equi;
Et qua mo tu concitat ire,
Sistit retrahens, ac vagâ firmat,
Nam misericors revocans istus,
Flexos iterum cogat in orbes,
Qua nunc stabilis continet ordo,
Discepta suo fonte satisfiant.*

Vuu Confir.

S. III.

Primus error Calvinii refellitur.

Dico primò, Deum nullo modo causare pec-
catum quā tale est, secundū malitiam &
deformitatem quam de formalī importat, sed il-
lad esse à sola voluntate creatā, deficiente, & o-
perante diffiniter ad regulas morum. Con-
clusio est certa de fide, definita in Tridentino
f. 6. can. 6. his verbis: *Si quis dixerit non esse in po-
nitatem homini, vias suas malas facere, sed mala opera,
aut bona, Deum operari, non permisive solum, sed et
unproprie, & perse, adeò ut sit proprium ejus opus,*
*non minus prodito Iude, quam vocatio Pauli, Ana-
thema sit.*

Colligitur etiam ex variis Scripturæ locis, in
quibus divina sanctitas commendatur. Dicitur
enim Psalmus 5: *Non Deus volens iniquitatem tu es.*
Psal. 144. *Influs Dominus in omnibus viis suis, & San-
ctus in omnibus operibus suis.* Abacuc. 1. *Mundi sunt
tunc turne vides malum, & respicere ad iniquitatem
non poteris.* Item Augustinus f. de civit. cap. 9. di-
cit, quod *Male voluntates à Deo non sunt, quia contra
naturam sunt quæ ab ipso est.* Et Fulgentius lib. 1. ad
Monitum cap. 19. *Illius rei Deus ultor est, cuius au-
tor non est, sed est iniquitatis, quam potest Deus punire,
non facere.* Denique S. Proferimus Carmine de in-
gratia habet hos verbi:

*Per Verbum omnipotens, Deus omnia condidit unus,
A quo natura est nulla exēta mali
uitur S. Basil. us. Sicut Deus est prima veritas, &*

Tom. I.

163 Confirmatur & magis illustratur hæc ratio. Deus per suam causalitatem id solum potest attingere, quod continetur intra objectum formale suæ omnipotentie: Atqui peccatum, quantum ad formale, & malitia quam importat, non continetur intra objectum divinæ omnipotentie: Ergo non potest attungi à Deo per suam causalitatem. Major est evidens, Minor probatur. Id solum continetur intra objectum divinæ omnipotentie, quod est ordinabile in Deum tanquam in ultimum finem, nam primum agens, & ultimus finis, inter se convertuntur: Atqui peccatum, quantum ad formale, non est ordinabile in Deum tanquam in ultimum finem, sed potius est recessus & deviatio ab illo tanquam à fine ultimo: Ergo peccatum, quantum ad formale, non potest causari à Deo.

164 Dices, Formale peccati, secundum communio rem Thomistarum sententiam, consistit in positivo: Sed omne positivum causatur à Deo, cùm sit creator omnium visibilium & invisibilium, ut in primo Symboli articulo profitemur: Ergo formale peccati causatur à Deo.

165 Hunc argumento, relictis variis solutionibus, breviter respondeo, distinguendo Majorem. Formale peccati consistit in positivo, quæ positivum est, nego Majorem: quæ deficiens est, & prout in obliquo connotat privationem rectitudinis, seu conformitatis cum regulis nostrorum, concedo Majorem. Similiter distinguo Minorem: omne positivum causatur à Deo, quæ positivum est, concedo Minorem: quæ deficiens est, & prout connotat in obliquo privationem rectitudinis, nego Minorem, & Consequentiam,

166 Explicatur breviter hæc responsio. Licet juxta communio rem Thomistarum sententiam, formale peccati consistat in positivo, illud tamen non habet rationem in malo moralis, nisi quatenus connotat privationem rectitudinis, & conformitatis, cum lege; non quod talis privatio intrinsecè & in recto importetur in formali constitutivo peccati, ut quidam volunt, sed tantum extrinsecè, & in obliquo, eoque ferè modo quo docent Philosophi in Metaphysica, carentiam divisionis importari in unitate transcendentali. Sicut ergo ad hoc ut aliquid sit unum transcendentaliter, non sufficit quod particeper rationem entis, sed præterea debet extrinsecè, & in obliquo connotare carentiam divisionis; ita etiam ut aliquis censeatur esse causa peccati, non sufficit quod causet totum positivum quod in illo includitur, sed præterea debet causare privationem illam rectitudinis quam connotat in obliquo, sive potius illud positivum, quatenus fundat & connotat tales privationem. Unde cùm Deus sub hac ratione non causet positivum illud per quod formale peccati constituitur, sed solum sub ea ratione quæ positivum est, & quatenus transcendentaliter imbibit rationem entis & boni, non est, nec potest dici author, vel causa peccati, quantum ad formale per quod constituitur.

167 Dico secundò: Deū non causare materiale peccati, fundamentaliter sumptū, & quatenus reductive fūdat ipsam malitiā & deformitatē. Probatur: Materiale peccati, quatenus tale, & prout fundat ipsam malitiā & deformitatē, est initiativē, & causat恶 malum, & minimè ordinabile in Deum ut ultimum finem: sic enim pertinet reductive & initiativē ad lineam mali moralis, sicut fundamentum relationis formaliter.

A ter & reduplicative sumptū, reducitur ad lineam relativorum, ut in tertio notabilis exposui mus: Ergo sub hac ratione non causatur à Deo, sed à voluntate creata deficiente.

Addo quod, agens attingens fundamentum malitiæ, quæ tale, causat secundari & consequenter ipsam malitiam: sicut ille qui posuit fundamentum relationis, quæ tale, causat etiam consequenter ipsam relationem, quæ ad illam positionem resultat, & sicut ille qui alii cui infligit vulnus ex quo mors sequitur, censetur esse causa mortis illius: Ergo cùm Deus non sit, ne possit esse causa malitiæ & deformitatis peccati, non potest etiam fundamentum ejus, formator quæ tale, causare.

S. IV.

Expluditur secundus error Calvin.

Dico tertiò, Deum non movere moraliter voluntatem ad materiale peccati, per consilium, præceptum, suasionem, vel inspiracionem. Est etiam contra Calvinum, qui (ut super vidimus) docet Deum positivè tentare hominem ad peccandum, & ad eos tentandos ut operi Dæmonum, eisque præcipere ut homines tentent, & ad peccatum inducant. Addit tamen Deum hoc faciendo, non peccare, neque deminari peccantem: tunc quia legi non est subiectus: tum etiam quia id præstat optimo consilio, ut scilicet ad finem operibus suis præfixum (gloria scilicet sua ampliationem) perveniat.

Probatur primo conclusio ex Scriptura: dicitur enim Jacobi 1. Deus intentator malorum, ipse autem neminem tentat. Et Ecclesiastici 1. Ne dixeris, ille me implanavit: Tentaret autem nos Deus, & implantaret, si ad actus ex femoribus, coiffilio, suasione, vel præcepto induceret. Ergo &c.

Probatur secundò conclusio: Motio moralis, quæ aliquis inducit alium ad actionem aliquam exercendam, movet ipsum ad hujusmodi actionem, secundum quod ab ipso procedit: Sed Deus non potest movere voluntatem cretam ad materiale peccati, secundum omnem modum quo procedit à voluntate creata: Ergo nec ad illud, eam movere moraliter. Major patet, quia cùm motio moralis non habeat physicam efficientiam in actionem, non aliud præfere potest, quæ invitat agens ad utendum sibi virtute, & modo proprio operandi: in quo differt motione physica, quæ cùm habeat influxum physicum, attingit in actione id quod efficit sparam sue aetativitas tantum. Minor vero probatur: Si Deus moveret voluntatem ad materiale peccati, eo modo absolute quo ab ipsa procedit, moveret ad illud, formaliter quatenus est fundamentum malitiæ, eamque haber annexam; sicut moveret ad ipsam malitiam consequenter.

Confirmatur: Motio moralis pertinet ad Deum ut ad motorem & provisorem specialem, nec præscindit à malitia morali, sed ad illam se extendit, ut exposuimus in quarto & quinto notabili: Atqui repugnat quod materiale peccati sit à Deo, ut motore & provisore speciali, quamvis possit procedere ab illo, ut prima causa & generali motore ac provisore, subministrante omnibus causis secundis media necessaria ad agendum, & attingente in omnibus rebus creatis existitatem, actualitatem, vitalitatem, & bonitatem transcen-

transcendentalem, aliasque rationes, ad ordinem physicum, & lineam entis pertinentes, ut infra dicimus: Ergo quamvis Deus possit movere voluntatem ad materiale peccati materialiter sumptum, non tamen potest eam mouere ad illud movere, per consilium, præceptum, inspirationem &c.

¹⁷⁵ En quod intelliges, quod cum in sacra Scriptura Regum 16. dicitur, quod Dominus præcepit, semper audierat David: præceptum ibi sumitur pro permissione. Sicut quando Deus dicitur inducere ex exercitu, id est ac si diceretur, permittere ex cæcacionem, aut incitationem. Itemcum Christus Joan. 15. Judæ ante tradidit venditionem dixit, quod facis, fac citius, non præcepit illi immane sacrilegium proditorum venditionis. Nam secundum aliquos, ille imperativum continet exprobationem quod animo conceperat Judas. Secundum alios, non præcipit actum ipsum, sed accelerationem: non enim (inquit) est malum inducere aliquem præcepto aut consilio, Ali ex quo congreuo tempore peccatum quod est parvus committere, ut possit ex eo sumi occasio boni. Secundum alios præcipit separationem ab aliis Apollonis, non vero venditionem ipsam: unde subdit, et ex iis continuo. Denique juxta alios, solum significat permissionem. Ita D. Thomas super illum locum, & D. Augustinus Tractatu 6. in Joannem.

¹⁷⁶ Similiter dum Matth. 5. dicitur: Audiatis quia datum est, diligere proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: nos significatur odium inimicorum fuisse aliquando in antiqua lege præceptum (quidquid in contrario dicat Maldonatus) quia alii vitari non posset, quin Deus esset causa mali, cum ipse veterem legem condiderit, & eam per Moys ministerium populo tradidit. Significatur ergo solum, fuisse deductum a Judæis, odio habendos esse universaliter inimicos, ex eo quod Deus illis præcepit ut amicos diligenter, & Gentes, & quoddam tanquam inimicis perferuerentur, & perderentur. Unde id est ac si diceretur: Audiatis quia dictum est antiquis: diligere proximum tuum (& per malam consequentiam Phariseorum deductum). Et odio inimici tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.

§. V.

Referuntur Theologorum sententie, & prima rejicitur.

¹⁷⁷ R ejectis hereticorum erroribus, quid Catholicæ circa propositam difficultatem sententiam breviter declarandum est, & verior, ac probabilior sententia eligenda.

Prima ergo opinio docet Deum non concurre positiue, sed tantum permittiue ad materiale peccati. Ita olim docuere quidam antiqui Theologici relati, a D. Thomae in dist. 37. quest. 2. art. 2. & ab Alberto Magno ibidem dist. 35. art. 7. Hos postea fecuti sunt Aureolus & Durandus, qui immediatum Dei concursum ad operationes caularum secundarum sustulerunt. In eandem sententiam inclinare videtur quidam Recentiores, quos citat, & sequitur Salas in titulo 13. dist. 10. sect. 1. qui negant actuum peccati, etiam pro materiali acceptum, & quantum ad id quod habet entitatem, & actualitatem, positivè cadere sub divina providentia, sicut cadunt alii effectus naturales.

Tom. I.

Secunda opinio admittit quidem Deum ad materiale peccati positivè concurrere, docet tamen hunc concursum non esse præviuum, & determinantem; sed simultaneum, ac differentem, & à voluntate creata ad speciem actus determinari, licet eam ad individuum determinet. Existimant enim Authores hujus sententia, quod si Deus prævio concurso in materiale peccati influeret, attingeret etiam (secundario saltem & indirecte) malitiam & deformitatem illi annexam, & consequenter esset author & causa peccati: quod est incidere in errorem Calvini, jam impugnatum, & divinæ sanctitatis (ut ajunt) famam detergere. Ita docent Molina, Suarez, Lessius, & alii Recentiores communiter.

Tertia sententia, quæ in Schola D. Thomæ communis est, & quam, ut infra ostendemus, aperte profitetur ipse Angelicus Doctor, ejusque Magister Albertus Magnus, existimat dignitatem primæ causæ, primi principii, & primi movimenti (quæ in Deo nihil nobilior, & præstantius est) non posse salvare per concursum purè simultaneum & indifferentem, à voluntate creata determinabilem, sed tantum per concursum præviuum, & prioritate nature & causalitatis, determinationem liberi arbitrii antecedentem. Unde cum sine præjudicio fidei negari non possit, Deum esse primam causam, & primum principium illius entitatis, actualitatis, & bonitatis transcendentalis, quæ in materiali peccati imbibitur (alioquin admittenda essent plura rerum prima principia, quod est in Manichæorum heretum incidere, & primo Symboli nostræ fidei articulo, quo Deum creatorem & factorem omnium visibilium & invisibilium profitemur, contradicere) consequenter docent, Deum in materiale peccati materialiter sumptum, & in actus peccatorum, quatenus actus & entia sunt, non solum simultaneo, sed etiam prævio concurso influere, & voluntatem creatam ad producendam entitatem, actualitatem, & alias rationes ad ordinem physicum, & lineam entis pertinentes, prædeterminare, & applicare. Quia tamen concursum ille præcisus est, & sicut intra ordinem physicum, & formalitates tantum ad illum ordinem spectantes attingit, Deus non est, nec potest dici causa peccati, nec divinæ sanctitatis ullum infertur præjudicium. Hanc sententiam sic explicatam testatur Dominicus Soto in libris de natura & gratia in Concilio Tridentino editis, & a Legatis ipsis Concilii approbatis, fuisse ab omnibus Theologis sui temporis unanimi confessum receptam. Nam lib. 1. cap. 18. circa finem, sic habet: Hand equidem diffidentur Theologi, entitatis (ita vocant) que est peccatum, Deum esse causam, eo efficiente genere, quo cuncta & animantia & inanimata, ad suas naturales actiones permoveantur.

Dico ergo primò, Deum non solum permissivè, sed etiam positiue, concurrere ad actuum peccati, quatenus est ens, & actus physicus & vitalis. Ita communiter Theologi cum D. Thoma 1. 2. quest. 79. art. 2. & in 2. sent. dist. 37. quest. 2. art. 2. ubi sententiam oppositam, afferentem peccatum, sub ratione entis & actus, non esse à Deo (quam ipsis tempore tenebant quidam Theologi) dicit esse propinquissimam dupliciti erroris. Et Albertus Magnus ibidem dist. 35. art. 7. inquit quod hac opinio qua obtinuerit plures antiquorum, ferre cessit ab aula, & a multis modernorum reputatur heretica. Idem D. & D. Anselmus, lib. de concordia præscientiae & prædestinationis cap.

7. ubi hæc scribit : *Omnis qualitas vel omnis actio, & quidam aliquam habet essentiam, à Deo est, a quo est omnis justitia, & nulla injustitia. Facit igitur Deus omnia que justa vel injusta voluntate sunt: id est bona opera, & mala. In bonis quidem facit quod sunt, & quod bona sunt: in malis vero facit quod sunt, sed non quod mala sunt.*

178 Probatur ergo conclusio ratione fundamentali, quam tangit D. Thomas locis citatis. Omnis entitas, & actualitas creata, in Deum ut in primum ens, & primum actum, debet reduci: Sed entitas quæ incidunt in actu malo & peccaminoso, est creata & participata, & actio peccari est aliqua actus potentia, & aliquis actus secundus physicus & vitalis: Ergo peccatum in ratione entis & actus, à Deo tanquam à primo ente, & primo actu debet immediate procedere.

179 Confirmatur: Si Deus non concurret efficiè, sed permissivè tantum, ad entitatem, & actualitatem quæ est in peccato: sequeretur dari in rerum natura aliquod ens creatum & participatum, quod subterfuget divinam causalitatem, & omnipotentiam, & quod Deum ut creatorem, & primum principium non agnosceret, sed reduceretur in voluntatem humanam, tanquam in primam causam; quod est erroneum, & repugnans primo Symboli articulo, ut constat ex supra dictis. Unde Anselmus: *Auctio si dicere, aliquid esse ens quod non sit ab ente primo: Ergo &c.*

180 Dices: Omne entitatem creatam esse à Deo, vel permissivè, vel positivè. Illa enim quæ est conjuncta cum bonitate morali, est à Deo positivè concurrente, & influente: ea vero quæ habet malitiam & deformitatem moralem annexam, est à Deo solum permissivè.

Sed contra primò: Implicat entitatem aliquam creatam ponit in rerum natura, & acquirere verum & reale esse extra causas, per nudam permissionem Dei, & sine influxu positivo illius; permission enim est sola negatio impedimenti: pura autem negatio non potest stare esse physicum & reale: Ergo &c.

Secundò, ut arguit S. Doctor in 2. dist. 37. quæst. 2. art. 2. in argum sed contra. *Quidquid non est causa operationis per quam aliqua substantia in esse producitur, non est causa illius substantia: Sed per aliquam actionem peccati, substantia quadam in esse producuntur, sicut per adulteria & fornicationes homines generantur. Si ergo harum actionum Deus causa non est, in quantum actiones sunt, nec hominum, qui per has actiones generantur, est causa: quod est absurdum.*

§. VI.

Ex Scriptura & SS. Patribus demonstratur, Deum non solum simultaneo, sed etiam previo concurso, ad materiale peccati concurrere.

181 **D**ico secundò: Deum non solum simultaneo, sed etiam previo concurso, in materia peccati influere: seu movere & applicare voluntatem, & alias potentias, ad producendam entitatem, actualitatem, vitalitatem, bonitatem transcendentalē, aliasque rationes ad ordinem physicum, & lineam entis pertinentes, quæ in materiali peccati reperiuntur imbibita.

Probatur primò conclusio: Secundum Scripturam & SS. Patres, articulo præcedenti §. 8. relatos, Deus ab eterno prædefinivit omnes actiones & passiones Christi Domini, & consequenter ejus crucifixionem: Sed illa erat actio

A intrinsecè mala, immo & omnium pessima: etiam non solum homicidium, sed etiam, ut ita dicam, Dei cibum iuri potestate occiso hominis subfistentis per subsistitiam divinam: Ergo secundum Scripturam, & SS. Patres, divine sanctitatis non repugnat prædefinire actus intrinsecè malos; non quā mali sunt, sed ut actus & entia sunt; voluntatem creatam mouere, & applicare, ad attingendam entitatem, actualitatem, & beatitudinem transcendentalē, quæ in illis actibus reperiuntur imbibita.

B Respondeat Suarez in opusculo libro 2. de concurso Dei cap. 5. crucifixionem Christi, prout erat actio elicita à Iudeis (sub qua ratione rat mala & peccaminosa) non fuisse à Deo prædefinitam, sed solum quatenus erat passio in Christo recepta: quia sub hac formalitate erat bona, & meritoria, ac satisfactoria pro peccatis nostris.

C Sed in primis hæc responsio aperte contradicit Scripturæ: dicitur enim Actorum 2. Hunc (scilicet Jesum) definito consilio & præsenti traditum, permanens iniquorum affigentes intercessis. Nam ibi, non solum passio in Christo recepta, sed etiam actio affigendi Christum à Iudeis elicita, tribuitur divino consilio, ejusque definitioni, & decreto. Unde etiam cap. 4. ad idem propositum additur: Convenuerunt Herodes, & Pontius Pilatus, cum Centibus & populis Israëli, qui manus tua, & consilium tuum decreverunt faciliiter crucifigere Christum.

Secundò contra hanc respondem militer, verba Augustini de corrupt. & gratia cap. 7. ubi loquens de Apostolis ait: Electi autem sunt adgnandum cum Christo, non quonodo electus est inde ad opus cui congruebat. Ab illo quippe electus est, qui novit bene ut etiam malis, ut per eum opus damnabile, illud propter quod ipse venerabilis completere tur. Cum istaque audimus: nonne ego vix decim elegi, & unus ex vobis diabolus est & illos dominus intelligere electos per misericordiam, illum prædicium illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum, illum ad effundendum sanguinem suum. Atque effundere sanguinem Christi, non dicit solum passionem in Christo receptam, sed etiam veram & propriam actionem: Ergo passiones Christi, non solum sub ratione passionum, sed etiam sub ratione actionum, fuerunt à Deo prædictæ.

D Tertiò hæc responsio præcipuum Adversario, rum fundatum evertit: cum enim actio & passio secundum Philosophos realiter identificantur, & sint una & eadem entitas, quæ habet diversos modos & formalitates: minus inter se distinguuntur, quam entitas peccati, quæ ad ordinem physicum pertinet, & ejus malitia & deformitas, quæ spectat ad ordinem mortis, & qualiter plures Theologos non est aliquid politicum, sed puta privatum. Unde si non obstante illâ intimâ connexione, immo & reali identitate, quæ inter actionem & passionem reperitur, potuit Christi crucifixio, sub ratione passionis, à Deo prædefiniri & causari, absque eo quod sub formalitate actionis ab illo prædefiniretur, à fortiori eadem crucifixio, sub ratione entitatis & actualitatis, potuit à Deo prædefiniri & causari, absque eo quod talis prædefinition, vel causalitas, ad ipsam malitiam & deformitatem se extenderet. Et sic prædefinition actuū malorum, ut actus & entia sunt, non derogat divina sanctitati, ut contendunt Adversarii.

Proba-

166 Probarunt secundum conclusio argumento ex Scriptura defunctorum: Refertur enim Joan. 11. quod Caiphas Iudeus de morte Christi Salvatori inferenda deliberabut, dixit: *Vos nesciatis quidam, nec cogitatis quia expedire vobis ut numeratur hominem populo, & non tamen a gens periret.* Ex quo loco hoc potest deponi argumentum. Quando Caiphas illa verba pronunciarunt, peccatum gravissimum, persuaderunt enim Iudei ut Christum interficerent; & tamen ad hoc dicendum movebatur a Spiritu Santo, quia tunc prophetabat; mens autem Prophetarum movetur a Spiritu Sancto, sicut illumination ab artifice, ut docet S. Thomas 2. cap. 73. art. 4. Unde ipse Evangelista: *Hoc autem à semetipso non dixit, sed cunctis annis illius, prophetavit quod Iesus natus erat pro Gente &c.* Ergo secundum Scripturam, divina sanctitati non repugnat, morem & applicare mentem hominis ad actus intrinsecus malos: non quā mali sunt, sed ut actus & anima sunt.

167 Simile argumentum potest fieri de Sacerdotio confirmando propter fortilegium, vel alium nullum finem. Nam in talia actione peccat gravissimo peccato sacrilegi; & tamen, cum illa sit supernaturalis, & vires totius naturae transcedat, debet ad eam moveri, applicari, & elevari a Deo, praesertim cum ad illam concurrat solum instrumentum: nam instrumentum movetur & applicatur ad agendum à causa principali, ut docent Philosophi 2. physiorum: Ergo idem quod prius.

168 Ex his confirata manet responsio & doctrina Theophili Rainaudi, & quorundam aliorum Recentiorum, qui docent quod cum Deus prævidet hominem se determinatum ad aliquod grave peccatum, illum interdum moveat, & applicat ad aliud minus grave. Nam (præterquam quod haec doctrina non parum derogare videatur divinae sanctitati, cui repugnat movere hominem ad aliquod peccatum, ut tale est, & ut habet rationem mali moralis, & contradicere Apostoli dicentes non esse facienda mala, ut eveniam bona) non solvit difficultatem propositionem, cum nullum possit dari vel excogitari gravis peccatum, quām occisio Christi, & effusio sanguinis ejus, vel consecratio hostie ad confiendum fortilegium; & tamen (ut jam ostendimus) crucifixio Christi, secundum Scripturam, & SS. Patres, sunt à Deo prædefinita, Iudeas, secundum Augustinum, electus, ut sanguinem Christi funderet, Caiphas motus a Spiritu Sancto ad dicendum: *Expedite vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat;* & Sacerdos, ut divina virtus instrumentum, specialiter moveret & applicaret a Deo ad consecrationem, etiam sacrilegam: Ergo &c.

169 Probatur tertio conclusio ex D. Augustino, quoniam in locis apertissimè docet nostram sententiam. Nam in libro de gratia & libero arbitrio cap. 21. octo afferit, & accurate expendit Scriptura testimonia, ut probet Deum quoniam vult inclinate voluntates, sive ad bona, sive ad mala, & tandem sic concludit: *Hoc & talis testimonium divinarum eloquiorum, quā omnia commemorare nimis longum est, satis quantum existimat, operari Deum in cordibus hominum, ad inducandam eorum voluntates quocumque voluerit;* sive bona pro sua misericordia, sive ad mala pro

A meritis eorum, iudicio utique suo, aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem justo. Idem quoque fusē probat lib. 5. contra Julianum cap. 3. maximē vero authoritate Apostoli ad Romanos 1. dicens: *Tradidit illos Deus in reprobū sensum;* ut faciant quā non convenient. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam &c. Tradidit illos Deus in passiones ignominiae, &c. Quā verba cum Julianus sic exponeret, ut Deum intelligi vellat tradere non positive, sed negativē, hoc est non movendo ad materiale peccati, sed deserdendo, illum redarguit Augustinus, his verbis: *Quid autem est quod dicas, cum desiderii suis traditi dicuntur, reliqui per divinam patientiam intelligendi sunt, non per potentiam in peccata compulsi: quasi non simul posuerit haec duo Apostolus, & patientiam & potentiam, ubi ait: Sic autem volens Deus offendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vas ira, quā perfecta sunt in perditionem.* Cum vero S. Doctor ait, quod per potentiam in peccata compulsi sunt, hoc debet intelligi de peccato quantum ad materiale, seu quoad entitatem malitia subjectam (hac enim in Deum ut primum ens, & primum rerum omnium principium, & factorem omnium visibilium & invisibilium reducenda est, nisi a fide Catholica aberrare velimus) non vero quantum ad ipsam malitiam & deformitatem: nam illa in voluntatem creataam, ut in primam causam deficientem, & à rectitudine divina motionis & concursus se subtrahentem, debet refundi, ut supra ex ipso Augustino probavimus, nam ut lib. 5. de Civit. cap. 9. & alibi sēpē docet, *Male voluntates ab illo non sunt, quoniam contra naturam sunt, quā ab illo est.*

S. VII.

Mens Divi Thomae aperitur.

VT clarius constet de mente D. Thomae, placet hic integrum ejus articulum defunctorum ex 2. libro sentent. dist. 37. quæst. 2. de verbo ad verbum transcribere. Quærit ergo S. Doctor art. 2. illius quæstionis: *utrum actio peccati, in quantum actio, sit à Deo?* & propositis argumentis in contrarium, sic concludit.

Respondeat dicendum, quod circa hanc questionem tanguntur a Magistro duæ opiniones, quarum una dicebat, omnes actus, in quantum actus sunt, ex Deo esse, sed quod in quantum deformitatem habent, à Deo non sunt, sed ab homine vel diabolo. Alia opinio dicebat actus peccatorum nullo modo, nec etiam in quantum actus sunt, à Deo esse: quam ad præsens nulli vel paucis tenent, quia propinquissima est errori dupliciti. Primo quia ex ea videtur sequi, quod sint plura prima principia. Hoc enim est de ratione primi principii, ut agere possit sine auxilio prioris agentis, & influentia ejus: unde si voluntas humana actionem aliquam possit producere, cuius actor Deus non esset, voluntas humana rationem primi principii haberet. Quamvis solvere hoc nitantur, dicentes quod voluntas, eti per se possit actionem producere sine influentia prioris agentis, non tamen habet à se esse, sed ab alio, quod etiam exigetur ad rationem primi principii. Sed hoc videtur inconveniens, ut quod à se esse non habet, à se agere possit, cum etiam per se durare non possit quod à se non est: omnis enim virtus ab essentia procedit, & operatio à virtute: unde cuius essentia ab alio est, oportet quod virtus & operatio ab alio sit. Et præ-

rea quamvis per hanc responsonem evitaretur, quod A non esset primum simpliciter, non tamen posset vitari quin esset primum agens, si eius actio in ALIQVOD PRIUS AGENS NON REDUCERETUR SICVT IN CAVSAM. Secundo, quia cum actio etiam peccati sit ens quoddam, sequeretur si actiones peccatorum a Deo non sunt, quod aliquod ens essentiam habens, a Deo non esset, & ita Deus non esset universalis causa omnium entium, quod est contraperfectionem primi: primum enim in qualibet genero est causa ceterorum, ut in 2. metaph. dicitur. Et idem cum prima opinione dicendum est, quod actus, in quantum actus est, & ut sic, non habet aliquid quod deformitatem habeat: quod qualiter sit, ita considerari potest. In omnibus enim in quibus incidit defectus ex causa secunda, & non ex causa prima, oportet quod quidquid est in effectu deficiente, essentia & bonitatis, totum a prima procedat: quod autem defectus, reducatur in causam secundam deficiente. Ut patet in claudicatione, qua est a virtute gressiva, mediante tibia, per cuius scilicet tibia curvitatem, obliquitas in gressu claudicantis relinquitur: unde quidquid est ibi de gressu, totum est a virtute gressiva: sed defectus, vel obliquitas gressus, non est a virtute gressiva, sed a tibia tantum. Similiter etiam est ordo Dei ad voluntatem causatam, sicut causa prima ad secundam: id est ex parte Dei nullus defectus incidere potest: voluntas autem causata ad defectum possibilis est, & idem quidquid est in actu deficiente, scilicet peccato, de ratione actus, & entis, & boni, totum hoc a primo agente, scilicet Deo, procedit, mediante voluntate: sed ipse defectus qui est in actu, hoc modo est a voluntate, quod a Deo non procedit. Et idem quodcumque nomen quod deformitatem simul cum actu significat, sive in generali, sive in speciali, non potest dici quod hoc a Deo sit simpliciter: unde non potest dici absolute, quod peccatum sit a Deo, ut homicidium, aut aliquid hujusmodi, nisi cum hac additione, in quantum est actus, & in quantum est ens. Hac D. Thomas

191 Idem fere docet Albertus Magnus, ejus Magister, ibidem dist. 35. art. 7. ubi etiam relata opinione quorundam Theologorum sui temporis, qui extimabant actu malos, etiam in quantum actu & entia, non esse a Deo, ut a prima causa efficiente, sed a sola voluntate creata, dicit quod Hac opinio que obtinuerat plures antiquorum, fere cessit ab aula, & a multis modernorum reputatur heretica. Er eam impugnat eadem ratione quā S. Thomas, quia scilicet, Cum actu malus sit simpliciter actu egrediens a potentia activa perfecta secundum naturam, non egreditur ab ea, nisi secundum quod movetur a causa prima; alioquin sequeretur duo esse prima principia.

192 Ex his plura argumenta deduci possunt, ad demonstrandum, utrumque S. Doctorum docere, Deum non solum simultaneo, sed etiam praevio influxu, in materiale peccati influeat. In primis enim S. Thomas dicit quod Quidquid est in actu peccati de ratione entis & boni, totum hoc a Deo procedit, mediante voluntate: Sed per concursum simultaneo Deus non producit actu peccati, in quantum est ens & actu, mediante voluntate (id est influendo in voluntatem ut in causam) sed immediaete cum voluntate in illum influit: Ergo secundum D. Thomam, Deus non solum concursu simultaneo, sed etiam praevio, influit in materiale peccati.

193 Secundum, Idem S. Doctor ibidem ait, quod non posset vitari, quia voluntas creata influens in materiale peccati, est primum agens, scilicet actio in aliquod prius agens non reduce-

A returntanquam in causam: Sed per concursum simultaneum, Deus non est prius, sed simul agens: Ergo non loquitur de concursu simultaneo, sed de pravio.

Tertio, D. Thomas explicat influxum Dei in materiale peccati, exemplo anima in fluentis in motum progressivum, mediante potentiam motiva: Atque talis influxus non est formalis simultaneus, sed etiam praevius; anima enim, mediante potentiam gressivam, vere movet & applicat tibiam curvam ad motum progressivum: Ergo D. Thomas loquitur de concursu praevio, & non tantum de simultaneo.

Quarto, Idem S. Doctor in eodem articulo in resp. ad 2. ait quod Deus est causa actionis malorum, ut est actus, & ens, secundum quod insuit agenti esse, posse, & agere. Atque Deus per concursum simultaneum non influit agere, sed tantum per concursum praevium; quia per concursum simultaneum non movet, nec applicat potentiam ad agendum; nec facit quod actio ab illo exeat, sed solum cum illo agit, & que cooperatur. Ergo idem quod prius.

Quinto, Idem Doctor Angelicus ibidem in resp. ad 5. aperte destruit principium adversentia fundamentalium, ut ostendimus sequenti: Ergo non favet Adversarius.

Denique Albertus Magnus loco relato, dicit quod Actus malus, in quantum est actus, non egreditur a potentia activa, nisi secundum quod illa movetur a causa prima: Atque concursus simultaneus non facit quod actus egreditur a potentia activa, nec illam movet ad agendum, sed tantum simul cum illa influit in eandem operationem & effectum, ut constabit ex diecodi 5. sequenti: Ergo etiam Albertus Magnus agnoscit influxum Dei, non solum simultaneam, sed etiam praevium, in materiale peccati.

§. VIII.

Eadem veritas ratione suadetur.

D Ivis Thomas quæst. 3. de malo art. 2. in corpore duplicacione probat actionem peccati esse a Deo. Primum quidem ratione communis, quia cum ipse Deus sit ens per suam essentiam, nam sua essentia est suum esse, oportet quod enme quod quomodo cumque est, derivetur ab ipso. Nihil enim aliud est quod sit suum esse, sed omnia dicuntur ita per quandam participationem: omne autem quod per participationem dicitur tale, derivatur ab eo quod per essentiam, scilicet omnia ignita derivantur ab eo quod est per essentiam ignis. Manifestum est autem quod actio peccati est quoddam ens, & in predicamento entis positum; unde necesse est dicere, quod sit a Deo. Secundum autem idem per ratione specialis: necesse est enim omnes motus secundarum causari a primo movente, scilicet omnes motus inferiorum corporum causantur a motu cali: Deus autem est primum movens respectu omnium motuum & spiritualium & corporalium; scilicet corpus calcis est principium omnium motuum inferiorum corporum, unde cum actu peccati sit quidam motus liberi arbitrii, necesse est dicere, quod actu peccati in quantum est actus, sit a Deo. Quibus verbis S. Doctor duplicitationem fundamentalis nostræ conclusionis insinuat

¹⁹⁹ Prima potest sic proponi. Si Deus non prædebet materiale peccati, sed circa illud habet decretum pure indifferentem, & à voluntate creaturæ speciem actus determinabile, daretur in eternum natura aliqua actualitas, & si quis excedens gradus, qui divinam causalitatem subterfugere, & in Deum tanquam in primum ens, & pnum actum non reduceretur²: Sed hoc non potest dici, alioquin darentur duo prima rerum principia; quod est in errorem Manichæorum nesciunt, & primo Symboli articulo, quo Deum omnium visibilium & invisibilium auctoritatem profitemur, repugnare: Ergo &c. Se quod Major probatur: Determinatio voluntatis ad materiale peccati, est aliqua actualitate potentia, & in se imbibit transenden-

B tiam quæ existentia gradum: At si Deus non prædeterminet materiale peccati, sed circa illeliberum decretum pure indifferentem, non causat determinationem voluntatis ad illud: Ergo &c. Major probatur: Determinatio voluntatis creatæ est exercitum libertatis potentia illius, sive ipsa libertas in actu secundo; ac posse aliquam ejus actualitas; & cum non sit pnum nihil, vel ens rationis, sed aliqua entitas, vel aliquis modus entis, in se imbibit aliquem existentia gradum. Minor vero, in qua est difficultas, constat ex principiis supra statutis, agendo de divinorum Decretorum efficacia & causalitate. Ibi enim ostendimus, decretum indifferentem, & voluntate creatæ ad speciem actus determinabile, non posse causare voluntatis creationem. Tum quia illam expectat, vel supponit, in aliquo priori rationis vel naturæ, ut determinatæ in actu nostro liberos induat: nulla autem causa expectat vel supponit effectum, ut operetur, & determinatæ in illam influat. Tum etiam, quia ut saepè docet D. Thomas supra relatus: à principio indifferenti, ut indifferentes est, non potest procedere voluntatis determinatio, sicut nec à frigido utri produci calor. Addo quod, Adversarii docent concursus simultaneum in actu primo confundatur, seu decretum concurrendi cum cuiuslibet, si habere sicut habitum in potentiæ residentem, quo utimur quando volumus: Atque habitus non causat actualem determinationem potentia, sed potius ab ea determinatur ad agendum: Ergo nec decretum indifferentem.

²⁰⁰ Hancationem insinuat D. Thomas non solum loco supra felato, sed etiam 1.2. quæst. 79. art. 1. ubi querit. *Vtrum actus peccati sit à Deo?* Expositis quibusdam argumentis in contrarium, sic concludit: Respondeo dicendum quod *actus peccati, & effectus, & effectus, & ex utroque habet quod sit à Deo: omne enim ens quocumque modo, si opere quod derivatur à primo ente, ut patet per Dionysium 5. cap. de divin. nomin. Omnis autem actio causatur alicuius existente in actu, quia nihil agit, nisi secundum quod est actu: omne autem ens actu reducitur in primum actum, scilicet Deum, sicut in causam, qui est per suam essentiam actus: unde relinquatur quod Deus sit causa omnis actionis, in quantum est actu. Sed peccatum nominat ens, & actionem cum quoddam defectu: defectus autem ille est ex causata, scilicet libero arbitrio, inquantum deficit ab ordine primi agentis, scilicet Dei: unde defectus non reducatur in Deum sicut causam, sed in*

A liberum arbitrium. Sicut defectus claudicationis reducitur in tibiam curvam, sicut in causam, non autem in virtutem motivam, à qua tamen causatur quidquid est motionis in claudicatione. Et secundum hoc Deus est causa actus peccati: non est tamen causa peccati, quia non est causa hujus quod actus sit cum defectu.

Quibus verbis S. Doctor in primis clarissime docet, peccatum, in quantum est ens & actus, à Deo ut primo ente, & primo actu procedere. Secundò, ut hoc non obstante, salver Deum non esse causam peccati, non recurrit ad concursum simultaneum, & indifferentem, à voluntate creatæ determinabilem, sicut Adversarii; sed ad solam creaturæ defectibilitatem, quæ tali entitati & actualitati quam Deus in materiale peccati attingit, per accidens adjungit malitiam & deformitatem. Quod explicat exemplo claudicationis, quæ solum reducitur in tibiam curvam, non verò in virtutem motivam, vel in animam, motorem: à qua tamen, inquit, causatur quidquid est motionis in claudicatione. Non potest autem negari, anima, mediante potentiam gressivam, verè & physicè moveare & applicare tibiam curvam ad motum progressivum: Ergo similiter, quamvis Deus physicè moveat & applicet voluntatem ad immateriale peccati, quatenus est ens & actus, sique per accidens, & ex defectibilitate creaturae, adjungatur malitia & defectus, non sequitur Deum esse authorem peccati, nec violatur sanctitas divinae naturæ. Thomistæ ergo Angelici Preceptoris vestigiis ubique inhærentes, nunquam induci potuerunt, ut sub praetextu salvandi divinæ sanctitatis, & humanae libertatis jura, & privilegia, Deo dignitatem primæ causæ, & primi principii (quæ nihil præstantius est) ad creaturam transferrent; & ita à Calvinianorum errore recedendum esse existimat, utrin alium pejorem (Manichæorum scilicet, plura rerum prima principia admittentes) incidente non cogantur.

Dices cum Recentioribus: Sufficienter salvari in Deo dignitatem primi principii, per hoc ²⁰¹ quod voluntas creatæ à Deo receperit virtutem agendi, & indigeat ejus concursu simultaneo ad operandum:

Sed contra primò: D. Thomas s. prædicti relatus, hanc respositionem refert, & impugnat, atque, quod *Quamvis per illam evitetur quod voluntas creatæ non efficit primum simpliciter, non tamen posset vitari, quia efficit primum agens, si ejus actio in aliquid prius agens non reduceretur tanquam in causam.*

Secundò, Indigentia concursus simultanei, præcisè, non derogat dignitati primi principii, nam Deus ad actus nostros vitales, & liberos concurrit ut causa prima, & tamen, secundum communem Philosophorum sententiam, non potest illos producere sine consortio, cooperazione, & concursu simultaneo potentiae vitalis.

Tertiò, per concursum simultaneum Deus non potest causare libram nostræ voluntatis determinationem, ut saepè ostendimus: Ergo per illum non salvatur in Deo ratio primi principii, saltem respectu talis determinationis.

Quartò, Per concursum simultaneum Deus non potest constituere voluntatem creatam, & alias causas secundas, in ratione principii actuallis & effectivi suarum operationum: Ergo per talē concursum non salvatur sufficenter in Deo ratio primi principii. Consequentia patet, nam

ad 12.

ad rationem & dignitatem primi principii pertinet constituere alias causas inferiores in ratione principii actualis suarum operationum. Antecedens vero probatur: Sicut principium actualis operationis est aliquid prius saltem naturae, ipsa operatione (cum sit causa illius, & omnis causa, prioritatem saltem naturae, suum effectum antecedat) ita & id per quod in ratione talis principii constitutur, debet ipsam operationem, prioritatem saltem naturae, antecedere: Sed concursus simultaneus prioritate naturae determinationem voluntatis creatae non antecedit; alioquin, ut supra dicebamus, non esset simultaneus, sed praevious, immo & prae determinans: Ergo illam in ratione principii actualis suarum operationum non constituit.

Denique per concursum simultaneum non salvatur sufficienter subordinatio causarum secundarum ad primam, in agendo & causando: Ergo nec in Deo dignitas primi principii. Consequentia patet, Antecedens probatur. Nam ut egregie discurrevit S. Thomas 3. p. q. 2. t. 19. art. 1. *Vbi cumque sunt plura agentia ordinata, inferius moveretur a superiori: sicut in homine corpus moveatur ab anima, & inferiores vires a ratione. Sic igitur actiones & motus inferioris principii, sunt magis operata quadam, quam operationes; id autem quod pertinet ad supremum principium, est propriæ operatio.* Quibus verbis aperte declarat S. Doctor ad salvandam subordinationem inter plura agentia, requiri quod inferius moveatur, & applicetur ad agendum a superiori; sicut corpus moveatur ab anima, & potentie inferiores a voluntate, & imperio rationis: Ergo ad salvandam subordinationem in agendo & operando inter creaturem & Deum, non sufficit indigentia concursus simultanei; sed præterea requiritur, quod cause secundæ moveantur & applicentur ad agendum a prima. Unde Catechismus Romanus iustu Ph V. editus, & per ipsum Concilium toti Ecclesie propositus, ut inde quæstè purissimo fonte doceri possint a Parochis fideles, & in sana doctrina intrui: explicans in Symbolo fidei, articulum omnipotentiae divinæ, & subordinationem ac dependentiam in agendo creaturem a Deo, ad verba illa, *Creatorem cœli & terre, sic ait: Non solum autem Deus universa quæ sunt providentia sua tueretur atque administrat, verum etiam quæ moventur, & agunt aliquid, intimâ virtute ad motum atque actionem ita impellit, ut quamvis secundarum causarum efficientiam non impedit, præveniat tamen: cum ejus occultissima vis ad singula pertingat, & quemadmodum sapiens testatur, attingat a fine usque ad finem fortiter, & disponat omnia suaviter.* Quare ab Apostolo dictum est, *cum apud Athenienses annuntiaret Deum quem ignorantes colebant: non longe est ab unoquoque nostrum, in ipso enim vivimus, movemur, & sumus.*

202 Confirmatur: Quotiescumque inter aliquos invenitur subordinatio in aliqua ratione, toties etiam reperitur inter illos prioritas, & posterioritas, secundum illam rationem: Sed in concursu simultaneo quo Deus cooperatur causis secundis, nulla reperitur prioritas & posterioritas in influentiâ & causalitate, sed omnimoda concomitantia & similitudines: Ergo per talem concursum non salvatur subordinatio causa secundæ a prima in agendo & causando. Minor patet, Major vero ratione & exemplis suaderetur. Ratione quidem, quia subordinatio essentialiter importat in suo conceptu aliquem

A ordinem inter ea quæ subordinantur; subordinari enim alteri, idem est ac sub alio ordinari: Ordo autem essentialiter dicit prioritatem & posterioritatem: Ergo & subordinatio. Exemplis vero, nam quia inter Sacerdotem & Diaconum: inter Praesidem & Senatorem, et subordinatio in dignitate, est etiam prioritas & posterioritas in loco & dignitate. Qui inter primum mobile, & alia corpora inferiora, et subordinatio in motu, est etiam prioritas & posterioritas in movendo.

Nec vim hujus argumenti infirmat, sed confirmat communis responsio Adversariorum, qui dicunt reperiendi etiam in concursu simultaneo aliquam prioritatem ex parte Dei, non quidem naturæ & causalitatis, sed dignitatis & nobilitatis. Nam contra hanc responsionem urget argumentum propositum: Quotiescumque enim inter duo reperitur subordinatio in aliqua ratione, toties debet reperi prioritas & posterioritas in tali ratione: Atqui inter Deum & causas secundas reperiatur subordinatio, non solum in dignitate & perfectione, sed etiam in operatione & causalitate: cum Deus non solum supremum ens, sed etiam prima causa, & primū principium: Ergo ex parte Dei debet esse prioritas, non solum dignitatis, sed etiam causalitatis.

Addo quod, si sola prioritas dignitatis ad subordinationem sufficeret, sequeretur quod similis & rusticus convenienter ad portandum eundem lapidem: vel equus & asinus jungeretur ad trahendum eundem currum, in tali actione deretur inter illos subordinatio, quia inter illos reperiatur prioritas in dignitate & nobilitate: Sed hoc absurdum est, & a Philosophia & Theologia principiis penitus alienum: Ergo illud.

Secunda ratio quam D. Thomas loco supra relato insinuat, & speciale appellat, sumitur ex dignitate primi moventis, quam Aristoteles, & ali antiqui Philologhi, solo luminis naturalis ducunt, in Deo agnoverunt, & potest sub hac forma proponi. Omnes motus physici & vitales debent a Deo ut primo movente procedere: Ergo cum actus peccati, v. g. mendacium, aut blasphemia, sit motus quidam lingue, vitalis, & physicus; & actus odii Dei sit motus quidam viralis liberi arbitrii, debet procedere a Deo ut primo movente; non quidem sub ratione quæ defectivus est, & regulis morum disformis (sic enim, ut sapienter diximus, in voluntatem creatam, ut in primam causam deficient, & disformiter a regulis morum operantem, reducitur) sed ut physicus ac viralis est; sic enim est bonus bonitate transcendentali, & in Deum ut in ultimum finem naturalem reducibilis. Sed talis actus, quatenus est motus quidam physicus & viralis, per concursum simultaneum non potest a Deo ut primo movente procedere: Ergo Deus non solum concursu simultaneo, sed etiam prævio, influet in materiale peccati. Major, & prima Consequentia patent. Ut enim discurrevit D. Thomas loco supra relato: *Necesse est omnes motus causarum secundarum causari a primo movente, sicut omnes motus in inferiorum corporum causantur a motu caeli: Deus autem est primus mervens respectu omnium motuum, & spiritualium, & corporalium: sicut corpus celeste est principium omnium motuum in inferiorum corporum.* Unde cum actus peccati sit quidam motus liberi arbitrii, necesse est dicere, quod actus peccati, inquantum est actus, sit a Deo. Idem docet Albertus Magnus loco supra

apud relato, ubi inquit: *Actus malus, in quantum est actus, non erudit a potentia activa, perfecta secundum naturam, nisi secundum quod illa movetur a causa prima.*

*105 Minor autem subsumpta, quae affert actus specimen, ut sunt motus quidam physici & vitales, per solum concussum simultaneum non posse procedere Deo ut primo movente, facile suadetur. Primo ex D. Thoma 3. contra Gent. cap. 10. habita: *Motio moventis praeedit motum, motionem ratione, & causa, id est prioritate rationis & causalis: Sed concursus simultaneus, prioriter causalitatis & naturae motus liberi arbitrii non accedit: alioquin, ut supra dicebamus, talis concussum est etiam simultaneus, sed praevius: Ergo concursus non est Dei movens motu, nec per se ipsum Deus movere voluntatem ad operandum, sed hanc cum illa in eundem actionem influit.**

Secondo probatur eadem. *Minot principalis: Quod duo causae partiales in eundem effectum similiante, una non dicitur aliam movere ad agendum: v.g. quando duo equi trahunt eundem eum, unus non dicitur aliam mouere, sed prius in eo que simul mouet & trahit currum: Ergo quando Deus simul concurrit cum creaturis ad operandum, per talem concussum illas non moveat, nec applicat ad agendum; sed solum similem illis in eandem actionem & effectum induit.*

Terter eadem *Minot suaderet: Moveri est intenti, cum omnis motus essentialiter sit intentio: Sed per concutum simultaneum Deus non immutat causas secundas, quia non agit in illas, sed cum illis, nec illis aliquid communicat, sed solum effectum illis productum: Ergo per talem concussum illas non movere, nec applicare ad agendum; sed solum similem illis in eandem actionem & effectum induit.*

§. IX.

Principium Adversariorum fundamentum convellitur.

Probari etiam potest nostra conclusio, de-
ficiendo principium fundamentum Adver-
sariorum. Nam si Deus non premoveat ad
materiale peccati, maximè quia consequenter
daberet premoveare ad formale, proprii indis-
solubilitatem connexionem quam formale habet
cum materiali, in quibdam saltem peccatis,
v.g. in odio Dei: Sed haec ratio nulla est:
Ergo &c. Major est principium Adversario-
rum fundamentum, Minor autem probatur
primo; quia, ut infra ex Augustino ostende-
nus, eadem argumentatione utebatur olim Ju-
banus, utprobaret non esse peccatum origina-
lem parvulum.

107 Secundo, quia D. Thomas articulo supra rela-
to, fundamentum illud convellit, & penitus destruit. Nam sibi hoc argumentum objicit: Rei
non assignatur causa efficiens, secundum quod est in
intelleitu, sed secundum quod est in re: sed quidam a-
dissent in quibus non possit separari illud quod est de
natura actus & deformitate, nisi secundum intelle-
tum, quia bene fieri non possunt: ergo non causantur
magis secundum quod stant sub illa deformitate &c.

Con argumento sic responderet: Ad quintum dicen-
dum, quod sicut actio que peccati deformitatem ha-
bet, disturbat bona in quantum est actio, bonitate naturae

Tom. I

A non propterea quod aliquando inventatur separata à deformitate, sed quia bonitas naturalis deformitati substat. Ita etiam Deus dicitur causa illius actionis, in quantum est actio, & non in quantum est deformis: hoc modo quod actionem non facit à deformitate separata, sed quia in actione deformitati conjuncta, hoc quod est actionis facit, & quod deformitatis non facit. Esi enim in aliquo effectu plura inseparabiliter sint conjuncta, non oportet ut quod est causa ejus quantum ad unum, sit etiam causa ejus quantum ad alterum. Sicut natura est causa oculi, quantum ad substantiam ejus, & non quantum ad defectum cæcitatris, qui ex naturæ defectu accidit.

208 Tertiū probatur eadem Minor principalis: Vis operativa, aut actus, non extendit ad illud omnne quod connectit aut identificatur cum suo objecto, nisi continetur intra sphæram activitatis, aut latitudinem objecti aequali ipsius; ut patet in intellectu, qui ita attingit verum, quod non attingit bonum, quamvis identificatum cum vero, quia bonum non est objectum intellectus: Sed deformitas peccati non continetur intra latitudinem, sive sphæram activitatis divinae omnipotentie, & causalitatis ejus, ut supra ostendimus: Ergo ex eo quod Deus per motionem præviam & physicam prædeterminationem, causet materiale peccati, cum quo connectitur formale, non sequitur quod causet etiam ipsum formale, & quod ejus motus ad malitiam & deformitatem se extenderat.

209 Quartū eadem Minor suaderi potest tribus exemplis apertissimis, quæ in Tractatu de Scientia Dei adduximus. Primum est animæ movens & applicans tibiam curvam ad motum progressivum. Disp. 4. art. 6. Secundum, scribæ applicantis manum pueri ad scribendum. Tertium, Sacerdotis coruscans hostiam ad conficiendum tortilegium, quæ ibidem videri possunt.

Denique probatur Minor principalis, dupli- ci argumento ad hominem. Primum sumitur ex doctrina novorum Casuistarum assertorium, famulum qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendente per senes tristram ad fluprandam virginem, & multoties eidem inservit, deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile operando, non pecare mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimen- ti: putâ ne à domino male trahetur, ne torris oculis afficiatur, ne domo expellatur. Ita docent Castro Palao, Merula, Hurtado, & alii apud Dianam; quibus novissime subscriptis Tamburinus, lib. 5. in De-

calogum. Ex hac ergo novorum Casuistarum do- Cap. 1. strina potest desumti argumentum ad hominem §. 4. num. contra Adversarios: si enim famulus, qui est causa secunda & particularis, potest physicè influere & co- operari ad actus intrinsecè malos, quales sunt fornicatio, & adulterium, absque eo quod ejus causalitas seu inflatus ad eorum malitiam & deformitatem se extendarat: quid magis Deus, qui est causa prima, & motor ac provisor generalis, poterit absque præjudicio sua sanctitatis, motione, & efficientia physica, substantiam & entitatem actionis mala attingere, absq; eo quod ejus motio seu inflatus se extendarat ad malitiam & deformitatem illius: prælertim cum concursus causa prima sit universalissimus, & præcisivus, quod non habet concursus causa secunda, ut infra declarabimus; & Deus in tali motione & concurso obeat munus universalis provisoris, subministrantis causis secundis media necessaria ad agendum; & famulus in prædicto ministerio se habeat ut provisor particularis, nec media

DISPUTATIO OCTAVA

530

necessaria, sed utilia solum & commoda, hero peccanti, & fornicationem aut adulterium perpetranti, suppeditat.

211 Secundum argumentum ad hominem sumitur ex alia doctrina Adversariorum, quā dōcent communiter contra Durandum, Dicū ad actus malos & peccaminatos, simul cum voluntate creata concurrens. Si enim propter connexionem malitiae cum entitate & substantia actus, Deus non possit prædeterminare ad unam, quin etiam prædeterminet alteram; non poterit etiam simultanea concurrens ad unam, quin etiam concurrat ad alteram: Sed hoc non admittunt Adversarii: Ergo præcipuum illorum fundamentum corruit. Sequela Majoris probatur: Multò magis concluditur malitia & deformitas peccati cum concursu simultaneo, quam cum concursu prævio; nam cum primo conjungitur proximè & immediate, cum secundo verò mediatè tantum & remotè; concursus enim simultaneus est ipsemet actus voluntatis, prout est à Deo simul operante, cum quo actu immediate conjungitur ipsa malitia peccati: concursus verò prævius non identificatur cum actione voluntatis, sed est quid præviū ad illam; unde non conjungitur cum malitia & deformitate peccati, nisi mediante actu voluntatis: Ergo si propter connexionem quæ est inter substantiam & entitatem actus mali, & ejus malitiam & deformitatem, Deus non potest per concursum præviū applicare voluntatem ad actum malum, quatenus estens, & actus physicus & vitalis, nisi etiam eam applicet & determinet ad illum, quatenus est malus & deformis: à fortiori non poterit cooperari, & simul concurrere cum illa, ad substantiam & entitatem actus mali, nisi etiam simul concurrat ad malitiam, & deformitatem illius.

212 Confirmatur: Ille non minus peccat, nec minus est causa peccati, qui cooperatur alteri male agenti, quam qui eum moverit & invitavit ad peccandum: ut enim dicit Apostolus ad Roman. I. *Qui talia agunt, digni sunt morte, & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentient facientibus:* Ergo si repugnat divinae sanctitati & bonitati, movere & applicare voluntatem ad materiale peccati, & ad substantiam & entitatem actus mali; repugnabit etiam, quod simul cum ea concurrat ad eundem actum eliciendum: quia sicut in primo casu esset author & causa peccati, ut dicunt Adversarii, ita in secundo, esset illius adjutor & cooperator.

213 Respondent hoc interesse discrimen inter concursum præviū & simultaneum, quod primus non est indiferens, sed determinans voluntatem, quantum ad speciem actus: secundus verò est indiferens, & determinabilis à voluntate, quantum ad speciem, eamque determinans solum quantum ad individuum.

214 Sed contra: In primis concursus ille indiferens quem in Deo fingunt Adversarii, imaginatio quidem speciosus est, rationi autem, & Theologiae valde invitus. Ut enim supra ostendimus, talis concursus tollit à Deo rationem primæ caula, respectu libera determinationis nostræ voluntatis; facit divinam voluntatem pessimum voluntatis humanae, & ejus providentiam imperfectam, & à creaturis dependentem; pluresque alias congerit & accumulat difficultates, quæ acriter mordent & pungunt Adversarios, & à quibus vix se expedire possunt.

A Secundò, Dato quod concursus Dei in actu primo consideratus, id est decretum concendi cum causis liberis, sit indiferens, & Deus indiferenti modo illis offerat suum concordum concursus tamen actualis & exercitus, quo de facto simul influat cum voluntate creata ad actum odii v. g. non potest esse indiferens, cum nimis in illo acte imbibatur, & cum eo identificetur. Quero igitur, an talis concursus actualis & exercitus, attingat solum entitatem & substantiam illius actus intrinsecè mali, vel mediā voluntatis determinatione, ad ejusdem malitiam & deformitatem se extendat? Si primum dicatur, sequitur quod etiam concursus prævius quem in Deo admittimus, à fortiori poterit praescindere a malitia & deformitate ejusdem actus, & solum ejus substantiam & entitatem attingere: quia, ut supra dicebamus, concursus prævius, cum realiter distinguitur ab actione creature, & iam priorate saltem naturæ antecedat, nagi distingue malitiam & deformitatem illi annexa, quam concursus simultaneus, qui cum tali actione identificatur, & in ea intimè imbibitur. Si vero secundum affirmetur, sequitur concursum Dei aequaliter ad bonum & ad malum extende re, & abique ullo discrimine effigito, quid quid sit de affectivo, utrumque cauere, & utrumque media voluntatis determinatione transire: quod repugnat divinae sanctitati, & definitioni Tridentini fess. 6. can. 6, ubi anathema dicunt ei qui dixerit, mala opera ita ut bona, Deum operari.

Respondent quidam Recentiores, concordum Dei auctualem & exercitum, non solum attingere substantiam & enitatem actuum bonorum & malorum, sed etiam ad illorum bonitatem & malitiam, mediā voluntatis determinatione transire, & utramque de facto cauare: cum hoc tamē discriminare, quod ad actus bonorum & inquit, per præceptum, consilium, inspirationem &c. ad malos verò & peccaminatos concurrit invitus & coactus, & veluti tradit a voluntate creata; ne scilicet deficit munus causa primæ, & lēdat iura libertatis humanae: *propterea illud Ilaia 33. Servire me fecisti in iniquitatibus tuis.*

Sed hæc responso & doctrina efficaciter impugnari potest. Primò quia, ut supra ostendimus, Deus non potest causare nisi id quod est ordinabile in ipsius ut ultimum finem, cùm iste primi principii & ultimi finis, inter se convertantur: Sed malitia & deformitas peccati, non est in Deum, ut in ultimum finem ordinabile, sed potius est recessus & divitio ab illo ultime ultimo: Ergo Deus non potest per concordum simultaneum, etiam invitus & coactus, in illum fluere.

Secundò absurdum & impium videretur dicere, ut Deum, cùm videt causam secundam in malum labi, lapsum ejus sequi, & influxu suo eam adjuvare, & veluti ab illa trahi in societatem flagitiæ. Cùm enim Deus sit infinitè justus & sanctus, nullo modo potest trahi à creatura ad cooperandum ad malum, quā tale est. Unde quando dicitur Ilaia 33. *Servire me fecisti in iniquitatibus tuis:* vel hoc debet intelligi ad literam de Christo, qui formam servi in incarnatione scilicet ipsius, cum sceleratus reputatus est, & ipsi malorum peccata tulit, ut dicit idem Prophetæ cap. 51. Vel si intelligatur de concursu Dei, debet explicari de concursu ad materiale peccati, quem Deus

in 12

Diss.

5.

art. 3.

in ratione prime cause, & universalis proviso-
ris, tenet exhibere homini peccanti, ne laetatur
jura libertatis creare.

Propter Tertio confutari potest principalis respon-
sio, argumento ad hominem, quod supra insi-
piti maxime, de cetera in differentia impugnando.
Nam licet secundum principia Adversariorum,
conclusus quo Deus cum causis libet operatur,
in differentia, & a voluntate creata ad speciem
ad id determinetur, illam tamen determinat ad
individuum. Unde cum in actu malo & pecca-
tuo, secundum rationem individualem con-
siderato, reperiatur aliqua specialis malitia &
doloritas, que non includitur in ratione spe-
cialibus; eas scilicet qua petitur ex intentione
gradu, vel ex circumstantiis intra eandem
speciem aggravantibus: quero an Deus per
hunc concursum, quo voluntatem determinat
ad id in individuo elicendum, eam
cum determinet ad illam speciem malitiam
& deformitatem quae illi reperitur annexa, &
quoniam convenit ei secundum suam rationem
speciam, vel non? Si primum dicatur, sequi-
tur Deum esse authorem aliquius specialis ma-
litiae, que reperitur in actu malo, secundum
suam rationem individualem considerato: quod
divina sanctitati & bonitati repugnat. Si
secundum affirmetur: cur similiter Deus non
poterit per concutum primum determinare
voluntatem ad speciem actus, in esse physico &
naturali consideratum, & ad ejus entitatem &
substantiam, absque eo quod illam moveat &
determinet ad malitiam & deformitatem, illi ex
defectibilitate creature annexam? Et si in ra-
tione individuali possit praescindi entitas actus
malitiae: cum tamen in ratione specifica, non
poterit hinc eadem praescire?

§. X.

Solvuntur objections.

Obijecies primò: D. Augustinus libro 2. de
lib. arbit. cap. 20. differens de origine mali,
& questionem que nunquam discutitur, an scilicet
Deus moveat voluntatem ad actus malos: per-
tradidit discutit: Sed tu fortasse, quæ siturus es,
quoniam moveret voluntas cum se avertit ab incom-
modi bono ad multum bonum; unde ei iste motus
causat, qui praescio malum est, tametsi voluntas libera,
qua sine illa necesse vivi posset, in bonis numeranda
est: Si enim motus iste, id est averse voluntatis à Do-
mino Deo, sine dubitatione peccatum est, num possumus
autem peccati Deum dicere: Non erit ergo iste mo-
tus ex Deo: unde igitur erit? Et quibusdam inter-
jectis: ad questionem sic respondet. Omne bo-
num ex Deo: nulla ergo natura est, que non sit ex
Deo: motus ergo ville averseonis, quem fatemur esse
peccatum, quoniam defectivus motus est, omnis autem
defectus ex nihil est: vide quod pertinet, & ad Deum
non pertinere ne dubites. Sic enim legi debet hic
Augustini locus, non vero ut haberetur in editio-
ne Erasmi, à Lovaniensibus emendata: Et ad
Deum pertinere non dubites.

Respondeo Augustinum ibi manifestè loqui
de moribus averseonis, ut defectivus est, & regulis
morum difformis; sub qua ratione, non est à
Deo ut à prima causa efficiere, sed à voluntate
creata ut à prima causa deficiere: non negat ta-
men, sed potius ibidemclarè insinuat, motum
illam voluntatis, ut physicus est & vitalis, à Deo

Tom. I.

ut primo movente & primo vivente procedere:
nam ibidem ait, quod omne bonum ex Deo est, &
quod nulla natura est, quæ non sit ab illo.

Objiciunt secundo Adversarii plura Conci-
liorum, & SS. Patrum testimonia, quæ videntur
militare contra nostram sententiam. Nam Con-
cilium Araucanicum can. 25. anathema dicit in
eos qui dicebant alios esse malum præde-
stinatos à Deo. Et D. Prosper ait, Non esse Ca-
tholicum dicere, quod qui non credunt Evangelice
predicationi, ex Dei prædestinatione, & constitu-
tione non credant. Item Augustinus in libro de ar-
ticulis sibi falsò impositis, art. 10. Detestanda &
abominanda (inquit) opinio est, que Deum cuiusque
malæ voluntatis, aut male actionis credit auctorem:
cujus prædestinatione nunquam extra bonitatem, nun-
quam extra justitiam est, universa enim via Domini
misericordia & veritas. Adulteria enim matronarum,
& corruptelas Virginum, non instituere novit san-
cta divinitas, sed damnare; nec disponere, sed puni-
re. Et D. Prosper ejus discipulus, in resp. ad ob-
jectiones Vincentianas, hæc scribit: Sicut Deus
non indidit malo Angelo illum voluntatem quæ in ve-
ritate non stetit ita nec hominibus illum affectum quo
diabolum imitarentur inseruit.

Respondeo Concilia & Sanctos Patres, in 223
his & similibus locis, loqui de peccatis absolutè
& simpliciter, & prout sunt in genere vel specie
malitiae, & secundum totum illud quod
tam de formalib[us] quam de materiali important.
Vel loquantur de materiali peccati formaliter
considerato, & prout reduplicativè fundat i-
psam malitiam & deformitatem, sub qua ratio-
ne non est à Deo, sed à voluntate creata, ut re-
guli morum subjecta. Vel si loquuntur de ma-
teriali peccati materialiter sumptu, seu de enti-
tate & substantia actus mali, in esse physico &
naturali considerata, solum intendunt, talem
entitatem non esse à Deo ut provisore particula-
ri, sicut dicebant quidam heretici, qui volebant
Deum aliquos homines speciali providentiā ad
actus malos prædestinare, ut in illorum punitio-
ne suam justitiam vindicativam manifestaret.
Non negant tamen Concilia, & Sancti Patres,
materiali peccati materialiter sumptu, seu en-
titatem & substantiam actuum malorum, à
Deo, ut prima causa, & universalis provisore pro-
cedere. Imò sententia quæ hoc negat, à D. Tho-
ma supra relato errori propinquissima appellatur.
Erit 2. sent. ad Annibald. quest. unicā art. 1. in
corp. Hæreticum (inquit) est dicere, aliquod ens, in-
quantum ens, non esse à Deo; nec solum fidei contra-
rium, sed etiam rationi. Unde circa hoc obser-
vanda est regula, quam tradidit idem S. Doctor
in 2. dist. 37, quest. 2. art. 2. Quodcumque nomen
deformitatem simulcum actu significat, sive in gene-
rali sive in speciali, non potest dici quod à Deo sit sim-
pliciter: unde non potest dici absolute, quod peccatum
sit à Deo, ut homicidium, aut aliquid hujusmodi, nisi
cum hac additione, in quantum est actus, & inquantum
est ens.

§. XI.

Aliud argumentum diluit.

Objiciunt tertio quidam recentiores hoc ar-
gumentū, quod insolubile appellant. Deus 224
absoluto & efficaciter decreto, inconsultè hominis
voluntate, vult quod ille liberè, & cum adver-
tentiarationis, in particulari, & cum omnibus

XXX 2 suis

D I S P U T A T I O O C T A V A .

532

suis circumstantiis, hunc actum, v. g. odii Dei, e-
liciat: Sed impossibile est, quod homo liberè, &
cum advertentia rationis, talem actum eliciat,
nisi peccando: Ergo Deus absoluto & efficaci
decreto vult quod homo peccet.

225 Respondeo primò hoc argumentum nihil
concludere, & esse purè sophisticum: quia in
eo variatur suppositio, & fit transitus à sensu
materiali ad formalem, vel à specificativo ad re-
duplicativum. Nam in Majori lyclus sumitur
pro materiali peccati, materialiter & specifica-
tivè sumpto: in Minoris vero, pro materiali
peccati, formaliter considerato, quatenus redu-
uplicative fundat ipsam malitiam & deformita-
tem. Unde illud argumentum eodem virtu &
defectu laborat, quo istud. Anima absolute
& efficaciter vult tibiam curvam motu progres-
sivo moveri: Sed tibia curva non potest motu
progressivo moveri, nisi claudicando: Ergo
anima absolute & efficaciter vult quod tibia
curva claudicet. Vel quo istud. Deus efficaciter
vult quod Petrus a Paulo generetur: Sed Petrus
non potest a Paulo generari, nisi peccatum origi-
naliter contahat: Ergo Deus efficaciter vult
Petrum contrahere peccatum originale. Potest
etiam formari simile argumentum ex principiis
Adversariorum, Deus enim juxta illorum prin-
cipia, absoluto & efficaci decreto vult ponere
hominem in illis occasionibus & circumstantiis,
in quibus prævidit per scientiam medium illum
peccaturum: Sed impossibile est quod homo
positus in illis occasionibus & circumstantiis
non peccet, alioquin divina præscientia fallere-
tur, & id quod Deus præscivit, non eveniret: Ergo
Deus absoluto & efficaci decreto vult quod
Petrus incidat in peccatum.

226 Secundò responderi potest distinguendo Ma-
jorem. Deus absoluto & efficaci decreto vult
quod homo eliciat actum odii: modo effectivo,
concedo: modo defectivo, nego. Similiter di-
stinguo Minorem, & nego Consequentiam.

Explicatur: Voluntas creata est causa actus o-
dii Dei, & quoad realitatem, & quoad defectum.
Et si adjuvetur vel determinetur sub utroque
modo, & effectivo, & defectivo, seu involente
utrumque: talis causa, vel movens, vel coope-
ratrix, vel adjuvans, etiam movet, & cooperatur
ad peccatum. Si autem adjuvetur, vel foveatur,
& causetur ille actus, sub præcisa ratione enti-
tatis, & quantum ad id quod in eo vitale & effec-
tivum est, non ex hoc fit operatio vel influxus
in defectum, sed potius est influxus obstant de-
fectui, quia sustinet entitatem, ne absorbeatur à
defectu, & destrueretur à malo.

227 Dices: Concursus prævius causat actum, non
solum eo modo quo exit à Deo, sed etiam eo
modo quo exit à voluntate creata; quia facit
illam agere, eamque mover & determinat ut
eliciat suo modo talem actum: Sed actus malus,
v. g. odium Dei, eo modo quo exit à volunta-
te creata, peccatum est: Ergo Deus per con-
cursum præviuum movet & determinat voluntati-
tem creata ad peccandum, & sùa efficaci præ-
definitione discernit peccantem à non peccan-
te. Sicut in sententia Thomistarum, per gra-
tiam efficacem discernit consentientem à non
consentiente.

228 Respondeo distinguendo illam partem Majori-
ris. Eo modo quo exit à voluntate creata: eo
modo effectivo, concedo: defectivo nego. Si-
milariter distinguo Minorem: Sed actus malus eo

modo effectivo quo exit à voluntate, peccatum
est, nego. Eo modo defectivo quo ab illa ege-
ditur, concedo. Solutio patet ex dictis, & potest
explicari exemplo animæ moventis, & determi-
nantis tibiam curvam, ut vitaliter, & effectivè
se moveat, non tamen ut agat modo defectivo.
Unde (inquit S. Thomas supra relatus) Dis-
cus claudicationis reducitur in tibiam curvam, sive
in causam; non autem in virtutem motivam, à qua
tamen causatur quidquid est motionis in claudica-
tione. Ex quo patet solutio ad illud quod subjun-
gitur: cum enim Deus prædefinit tantum en-
titatem actionis peccaminola, & nolit ejus ma-
litiam, & defectum; sùa prædefinitione nondi-
cernit peccantem à non peccante; sed operan-
tem à non operante.

Instabis: Si Deus absoluto & efficaci decre-
to prædefinit materia peccati, licitum erit,
imò & laudabile homini, velle entitatem actus
mali, v. g. odii Dei. Sed hoc est absurdum: Eg-
o & illud. Sequela Majoris probatur: Licitum
& laudabile est velle id quod Deus vult nos ve-
le: Sed si Deus absoluto & efficaci decreto præ-
definit materia peccati, vult nos velle entitu-
tem actus mali: Ergo licitum erit & laudabile
eam velle.

Confirmatur: Si Deus prædefinit materia-
le peccati, sequeretur quod homo peccando
peccaret, & non peccando etiam peccaret:
Sed hoc est absurdum, & ridiculum: Ergo
& illud. Sequela Majoris probatur: In primis
homo peccando peccaret, ut manifestum
est. Peccaret etiam non peccando, quia non
conformaret voluntati divinae efficaciter vol-
lenti ipsum elicere actionem peccati. Item
queretur quod Deus eundem actum v. g. odii
vellet, & nollet: amaret, & odio habeat: il-
lum enim vellet & amaret, quia ipsum præde-
minaret, & prædeterminaret: illum vero noller &
aversaretur, quia prohiberet, & puniret.

Ad instantiam respondeo, negando lequelam
Majoris. Ad cuius probationem, distinguo Ma-
jorem. Laudabile est velle id quod Deus vult nos
vele, voluntate signi, consilii, præcepti, vellega
permisiva, concedo. Voluntate generali pri-
ma causa, & generalis provisoris, nego. Nam
hac voluntate generali Deus plura vult quae
est laudabile, nec licitum velle: v. g. bella, pe-
stes, incendia, morrem parentum, damnatio-
nem reproborum, & similia.

Ad confirmationem, nego sequelam Majoris, ip-
quantum ad secundam partem, quod scilicet
homo non peccando peccaret. Ad probationem
in contrarium, respondet hoc argumentum
procedere ex ignorantia eorum quae docentur
Tractatu de moralitate actuum humanorum,
de obligatione se conformandi divina voluntati.
Ibi enim communiter dicitur, non esse malum
se non conformare divina voluntati in vo-
lito materiali: hoc est non velle id quod Deus
vult, nisi quando id nobis innotescit per præcep-
tum. Si enim nobis non innotescit Deum ali-
quid velle, aut non innotescat per præceptum,
sed alia vi: possumus licite velle oppositum, inob-
ligando tenemur sub peccato; ut quando est
malum alicui, aut habet annexu aliquid prohibi-
tum. Non constat autem homini, quod Deus ab
eterno prædefinierit, ipsum materiale talis pec-
cati eliciturum. Et si postea ex effectu id inno-
tescat, non tamen per præceptum: unde non pe-
caret, sed benefaceret, si actum illum non ponet.

Ad

¶ Ad secundum inconveniens, dicendum est quod sicut nulla est implicatio quod Deus actum odii caueat, secundum entitatem, actualitatem, vitalitatem, & alastationes ad ordinem physicum, & lineam entis pertinentes, & in ipsum ut in ultimum finem reducibles; & illum non causet secundum quod est moraliter malus, & regulis nostris difformis, & prout ab ipso ut ultimo fine avertit. Ita etiam nulla est repugnatio, quod eadem actione velit & nolit, prae definiet & probabit, diligat & avertetur, secundum diversas illustrations, & formalitates. Id patet exemplo anime, quae vult & causat motum progressivum habentem, quatenus est physicus & vitalis, non tamen, quatenus est deficiens, & obliquus. Et Deus positive vult & causat actionem consecrationis huiusmodi concrevantis propter sortilegium, genitus est supernaturalis, & productiva corporis Christi sub speciebus Eucharisticis; licet eam noli avertetur, & prohibeat, quaque est mala, & sacrilega. Denique sicut haec quo non repugnat, quod (sic) iudex velit hominem vivere, in quantum homo est, & eum occidere, in quantum malefactor est: ita etiam nulla est impunitia, quod Deus voluntate antecedenti, quae aeterno voluit quod nullus peccaret, & omnes homines salvi fierent, & ex qua oriuntur consilia, praecepta, & auxilia solum sufficiencia ad evitandum peccatum, non it & prohibeat actum peccati, quatenus est malus, & regulis nostris difformis; & quod voluntate con sequente, quia ut generalis provisor vult permittere peccata, & subministrare causis liberis media necessaria ad agendum; & quia ut primum ens, & primus auctor, vult producere entitatem, & actualitatem in omnibus rebus creatis, eundem actum, sub ratione & actus, efficaciter velit, & prae definiat, voluntariemque applicet, & prae determinet ad eum eliciendum.

In his rufus: Quidquid Deus ad extra operatur, pertinet ad justitiam & misericordiam: iuxta illud Psalmi 14. *Versus via Domini misericordia & veritas.* Sed prae determinata voluntatem hominis ad materiale peccati, non pertinet ad justitiam, sicut in primo peccato quod comittitur, quando non se convertit in Deum, in primo instanti usus rationis, juxta doctrinam Domini Thomae, cum permissio primi peccati, non possit esse pena alicuius. Nec etiam id pertinet ad misericordiam, cum homo operando actum peccati, in maximam potius incidat miseriorem, quam subleveret ab illa: Ergo Deus voluntate creatum ad materiale peccati non prae determinat.

B) Respondeo distinguendo Majorem. Quidquid Deus ad extra operatur, ut particularis provisor, pertinet ad justitiam, & misericordiam, concedo. Quidquid operatur, ut prima & universalissima causa, & ut provisor generalis, nego. Unde cum creatio, conservatio, & concursus, ad Deum ut primam causam, & universalem motorem, ac generalis provisorem pertineant, non est necesse quod illa operationes pertineant ad ejus justitiam & misericordiam, sed sufficit quod (per)venient ad generali illius providentiam. Quamvis etiam in prae determinatione ad materiale peccati, aliquo modo illa attributa reluceant. Quia docet S. Thomas i. p. quæst. 21, art. 4, misericordia sumi potest dupliciter. Primo propter, pro remotione misericordia, quæ est defectus

A creature rationalis, quam solum contingit esse felicem. Secundò pro remotione cuiuscumque defectus. Et hoc modo reluet in prædeterminatione ad materiale peccati, quia per eam removetur carentia a diu scundi, quæ est quædam imperfectione & defectus voluntatis creatae. Reluet etiam justitia, qui fit secundum modum convenientem divinæ sapientiae, quæ debet permettere ut creature defectibus aliquando deficiant, & illis subministrare media necessaria ad agendum; & secundum modum creature rationalis, qui in libertate consistit. Præterea in prædeterminatione ad materiale cuiuscumque peccati, etiam primi, quod puer commitit, dum se in primo instanti usus rationis, ad Deum (falsi implicitè & sub ratione boni honesti) non se convertit, specialiter reluet divina justitia. Quia, ut infra dicimus, & latius ostendemus in materia de prædestinatione, permissione primi peccati, quæ non solum includit voluntatem denegandi auxilium efficax, sed etiam concurrendi ad materiale peccati, & subministrandi media necessaria ad agendum (inter quæ applicatio potentia præcipue numeratur) fit in pœnam peccati originalis, & dependet ab eis prævisione in genere causæ materialis & occasionalis; eoque ferè modo, quo Thomista, & plures alii docent in Tractatu de Incarnatione, decretum Incarnationis à prævisione ejusdem peccati dependere. Eademque ratione, in prædeterminatione ad materiale peccati, interdum splendescit divina misericordia; quia sicut in reprobis permissiones peccatorum, tunc effectus reprobationis; ita & in electis sunt effectus prædestinationis, quæ est actus divina misericordia. De quo in Tractatu de prædestinatione, & reprobatione.

Dicit
3.
art. 3.

§. XII.

Aliæ objectiones solvuntur.

O Bjicies quarto: Si Deus prædeterminaret hominem ad materiale peccati, & ad ponendum actum positivum malitia substratum, illum tentaret, seduceret, & implanaret: Sed hoc non est dicendum, nam ut habetur Jacobi 1. Deus intentator malorum est: ipse autem neminem tentat, & Ecclesiastici 15. Ne dicas, ille me implanavit: Ergo Dei non prædeterminat voluntatem ad materiale peccati. Sequela Majoris probatur. Ille dicitur tentare aliquem, ipsumque seducere, & implanare, qui movet illum ad eliciendum aliquem actum, à quo scit malitiam esse inseparabilem; hac enim ratione diabolus dicitur tentare homines, eoque seducere, & implanare; quia movet illos & invitat ad eliciendos actus à quibus malitia separari non potest.

B) Confirmatur: Si Deus præmovebat moraliter hominem ad materiale peccati, præcipiendo, suadendo, vel consulendo actum à quo malitia est inseparabilis, verè diceretur illum tentare, seducere, & implanare, ac censemur author & causa peccati: Ergo à fortiori, si illum physicum moveat, & prædeterminet ad talium actum eliciendum. Consequens patet: motio enī & prædeterminatione physica, cum sit ex se, & ab intrinseco efficax, habeatque nexum indissolubilem cum operatione, est multo major & vehementior, quam moralis; quæ extrinsecè solum & objective allicit & invitat agens ad operandum.

DISPUTATIO OCTAVA

334

238. Respondeo primò, hoc argumentum facile posse in Adversarios retorqueri. Cum enim juxta illorum principia, Deus per scientiam medium videat infinitas occasiones & circumstantias in quibus homines non peccarent, sed bene operarentur; & tamen eos ponat in aliis in quibus per eandem scientiam præscivit illos iufallibiliter peccaturos, videatur quod illos teneret, seducat, implantet, & supplanteret, & moraliter ad peccandum moveat. Sicut enim occasions peccandi moraliter movent & incitant homines ad peccandum, ita & qui eos ponit in illis, censetur illos tentare, & ad peccandum inducere; ac proinde esse causa peccati, quod cum sit effectus, vel potius defectus moralis, refundi debet in causam moraliter moventem. Unde ad objectionem.

239. Respondeo secundò, distinguendo Maiorem, Si Deus prædeterminaret hominem ad materiale peccati, moraliter, præcipiendo, consulendo, vel suadendo elicere actum à quo malitia est inseparabilis, illum tentaret, seduceret, & implantaret, concedo Maiorem. Si prædeterminaret solum physicè, & producendo per modum primæ causæ, & universalis provisoris, entitatem, & actualitatem talis actus, nego Maiorem: ad cuius probationem, eadem distinctio applicanda est.

240. Ad confirmationem quæ ibidem obiungitur, & potissimum militar contra responsionem jam datam, concilio Antecedente, nego Consequentiam, & paritatem. Multiplex enim inter motionem physicam & moralem reperiuntur discrimen. Nam prima (ut supra annotavimus) est præcisiva, & sicut intra ordinem physicum, non autem secunda, quæ se extendit ad ordinem moralem, & attendit potissimum ad ea quæ sunt illius ordinis. Prima solum respicit entitatem, actualitatem, & bonitatem transcendentalē, quæ sunt effectus per se primum correspondentes divinae omnipotencie, & arbitratore conformitate vel disformitate à lege. Secunda vero potissimum respicit ea quæ sunt intra lineam motis, & attendit, vel attendere debet ad omnes circumstantias illius ordinis, & præcipue ad conformitatem, vel disformitatem à lege. Prima convenit Deo, ut haberet rationem causæ primæ, & universalis provisoris, qui debet dare causis secundi media necessaria ad agendum. Secunda vero illi competit, ut causa particulari, & provisori speciali, qui non solum subministrat media necessaria, sed etiam utilia ad operandum. Unde quamvis si Deus moveret hoc secundo modo hominem ad producendum actum malitia substratum, censetur illum tentare, seducere, & implantare, essetque causa & author peccati; ut supra ostendimus contra Calvinum, qui hoc genus motionis Deo attribuit. Secundus tamen si illum moveat tantum primo modo, applicando physicè ejus voluntatem ad eundem actum, in quantum est ens & actus, eliciendum. Ad probationem vero in contrarium quæ ibidem insinuat, dicendum est, quod si et motio physica sit major moraliter extensiva, id est potentior, & efficacior, est tamen minor extensiva; quia, ut diximus, sicut intra ordinem physicum, nec se extendit ad ordinem moralem, sicut motio moralis.

241. Instabis: Præmotio vel prædeterminatio physica voluntatis ad aliquem actum, supponit necessariò ex parte intellectus motionem moralem: quia cum voluntas sit potentia cæsa, non potest

A ferri in aliquid objectum, nisi prius ab intellectu ejus bonitas & convenientia demonstretur, ac proinde nisi prius intellectus moveatur & applicetur à Deo ad talern bonitatem representandam: Sed hæc representatione est moralis motio & excitatio. Ergo si voluntas à Deo physicè moveatur & prædeterminetur ad materiale peccati, debet etiam ab illo moraliter moveari, & præterminari, & consequenter erit author & causa peccati.

Respondeo duplē dari motionem moralē. Unam quæ sit per solam & nudam objecti propositionem, abique eo quod aliquid conatur, suadeatur, vel præcipiatur. Alteram quæ supra nudam objecti representationem addit aliquid per modum inspirationis, persuasione, consilii, precum &c. quo voluntas inducatur & incutatur ad aliquid volendum, vel respondendum. Prima motio non pertinet propriè ad ordinem moralem, sed sicut intra ordinem physicum, & abstracta à conformitate vel disformitate à lege. Secunda vero dicitur propriè moralis, & causit actum ad quem moveat, non solum in quantum pertinet ad ordinem physicum, sed etiam ut spectat ad lineam motis, & ut est conformis vel disformis à lege. Dicimus ergo, Deum movere moraliter voluntatem ad materiale peccati, solum primo modo, representando scilicet bonitatem

C physicam objecti, ejusque utilitatem, aut delictabilitatem; prout tales rationes pertinent ad ordinem physicum, & abstracta à conformitate, vel disformitate à lege. Cum enim talis representatione sit aliquis actus intellectus, & aliquid judicium practicum, oportet quod sit à Deo tanquam à primo movere, & prima causa efficiente, ut colligitur ex D. Thoma in 2. sententiā, ad Anibaldum, dist. 37. quæst. unica art. 1. ad 3. ubi dicit quod non solum actus peccati sit à Deo, sed etiam ipsa cogitatio quæ homo cogitat adrum peccati exequendum, in quantum talis cogitatio est actus & ens. Quod probat ex libro 2. ad Corint. 3. Non sumus sufficiētes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Secunda vero motio moralis, quæ sit per modum consilii, suasionis, vel inspirationis, non est à Deo, sed à Diabolo, vel à concupiscentia. Nam ut dicitur Jacobi 1. Deus intentator malorum est, ipse autem neminem temat: unusquisque vero tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illicitus.

Dices cum quadam Recentiore, Deus præterminat suasiones quibus Dæmon mover nos moraliter ad peccandum: Ergo non solum physique, sed etiam moraliter, prædeterminat ad actus malos.

Respondeo distinguendo Antecedens: præterminat suasiones quibus Dæmon mover nos moraliter ad peccandum, quatenus tales suasiones sunt actus quidam physicè & vitales, concedo Antecedens: quatenus sunt mala moraliter, & ad peccatum inducentes, nego Antecedens, & Consequentiam. Sicut enim in sententia Adversiorum. Deus tales suasiones, ut sunt actus quidam physicè & vitales, per concussum simultaneum in Dæmonibus causat, & tamen non causat causam moralis peccati; ita nec debet dici moraliter movere ad actus malos, quamvis prædeterminat suasiones quibus Dæmon mover nos moraliter ad peccandum, ut actus quidam physicè & vitales sunt.

E Objicies quinto, & dices, nostram sententiam videri rudem & asperam, ac repugnante

divinam

divinæ bonitatis & æquitatis : injustum enim videatur, quod Deus aeterno supplicio hominem puniat propter actus quos ab aeterno prædefinivit eum electorum ; & ad quoscelicet, motione efficiacissima, & cum actu indissolubilitate connexa, voluntatem ejus applicavit, & prædeterminavit. Quod explicat quidam Recentiores exemplo Iudicis, qui procul dubio esset iniugus, si rem tuato sublatam miticeret in peram alicuius, & potest illum tanquam de furo convictum, morti adjudicaret.

Respondeo primò, hoc etiam telum facile posse in Adversarios terroqueri : Divinæ enim bonitatis & æquitatis repugnare viderunt, quod cum viæ de perficiam mediam infinitas occasionses & circumstantias, in quibus homo non erat peccatus, sed bene operatus, noliteum in illis confundere, sed potius in aliis in quibus per eandem scientiam præscivit cum infallibilitate in peccatum lapsuram. Non minus enim repugnat hominem positionem in illis occasionibus & circumstantiis, in quibus Deus prævidit illum peccatum, non labi in peccatum, quam hominem ad materialem peccatum determinatum, aetiam illum non elicere, non sicut implicat Dei voluntatem frustrari, ita & ejus præscientiam falli. Unde exemplum Iudicis potest etiam in illos terroqueri. Si enim Iudex proprium uxorem aut filiam duceret & traheret ad lapidem, in quo certò sciret, illum ab impudicitate constuprandam, & violandam : posset ne potius justè illum punire, & morti adjudicare propter adulterium commissum ? Eaque non ne habebet justissimam causam excusationis, & querimoniam adversus illum ? Item si quis duceret aliquem ad fastigium turris, vel ad supercillum montis, ex quo certò sciret eum in precipitum lapsuram ; vel in sylam in qua deberet a latronibus spoliari, plagi affici, & tandem jugulari : talis celeriter ne esse causa solum permisiva, & non positiva casus, & mortis illius ? Videant ergo Adversarii, quomodo tela projecta redeant in projectentem, & difficultas propria, nobis & illis communis. Hoc præmissis.

Ad objectionem dicitur respondeo, negando Majorem. Ad cuius probationem, dicendum est, quod sicut licet magister manum discipuli ad scribendum applicet, & physicè premoveat ; & cum illo non solum simultaneo, sed etiam prævio concursum, ad scribendum concurrat : quia tamen dispensatio a rectione talis motionis & applicationis subtrahens, inducit & causat in scriptione obliquitatem, deformitatem, & defectum : meetur ab illo coripi, cadi, & flagellari. Item sicut licet in sententiis Adversariorum, Deus determinat voluntatem creatam ad actum peccati in individuo, in quo (ut supra annotavimus) reperiatur aliqua specieis malitia, quæ illi non convenire secundum suam rationem specificam (ea scilicet sumitur ex intensione graduali actus, vel ex circumstantiis intra eandem speciem aggravantibus) tamen justissime specialem illam malitiam, in reprobis aeterno supplicio puniri : quia scilicet, quanvis Deus determinat ad substantiam & entitatem illius actus individualiter considerat, non tamen ad specialem illam malitiam & deformitatem, quæ illi ex defecibilitate voluntatis adjungitur. Ita similiiter nos dicimus, quod licet Deus ad speciem & entitatem actuum malorum, in esse physicè & naturali considerat, quæ transcen- denzialiter bona est, & in Deum ut in ultimum finem reducibilis, voluntatem creatam, ut prima-

A causa, & universalis totius entis provifor, moveat, applicet, & prædeterminet ; quia tamen peccator à regulis morum devians, & a rectitudine divini concursus se subtrahens, tali entitati superinducit malitiam & defectum moralem, justissime à Deo corrigitur, & castigatur ; nullaque datur peccatoribus iusta excusationis vel querimonie causa adversus Deum.

Instabis, Demus aliquem gravi aliquâ tentatione vexatum, & considerantem utriusque motiva ad eam inducentia, & ab ea deterrentia prædeterminari à Deo ad materiale peccati : nonne ille habebit legitimam excusationem, & merito dicere poterit, se tale peccatum commisile, quia dubitans, & quasi pendulus inter motiva contraria, fuit à Deo in talem actum inclinatus, & ad illum præterminatus ?

Respondeo nullam tali homini dati legitimam causam excusationis & querimoniam : Tum quia non fuit à Deo prædeterminatus nisi ad entitatem & substantiam actus in esse physicè & naturali considerat : ille verò ex proprio defectibilitate, ad ejus deformitatem, & malitiam moralem se determinavit. Tumeriam, quia stante tali prædeterminatione poterat (potentia saltem antecedenti, & in sensu diviso) non ponere illum actum.

Addo quod, licet Deus in genere causæ efficiens, & per modum primæ causæ, & universalis provocoris inchoet illum actum, sub ea ratione quæ est physicè & vitalis (alias enim non posset habere rationem primæ causæ, & primi principii respectu illius, ut super ostendimus) homo tamen illum inchoat in alio genere cause, materialis scilicet & dispositivæ, quatenus objective & materialiter movet Deum, ad præbendum influxum illum præsum in materiale peccati. Cum enim natura humana per peccatum originale sit vitiosa & corrupta, & magis in malum quam in bonum propensa : ratione corruptionis appetitus sensitivi, rebellionis concupiscentiae, & propensionis quam habet ad peccatum ; objective & materialiter movet Deum, ut aliquando in peccatum peccati præcedens, saltem originalis, ei denegat auxilia efficacia ad vitandum peccatum, eamque ad materiale peccati prædeterminet. Ita exp̄. docet S. Prosper respondens ad primam objectionem Gallorum, qui dicebant ex doctrina sancti Augustini lequi, quod ex prædestinatione Dei, veluti fatali necessitate, homines ad peccatum compellerentur, & tradentur in perditionem. Quod etiam Catholicis imponebat olim Faustus Semipelagianorum Antesignanus, ut videri potest lib. 1. de gratia & libero arbitrio, cap. 18. & 19. Respondens inquam, D. Prosper illi objectioni, seu potius calumnia Semipelagianorum, sic ait : Qui prædestinationis nomine fatum predicit, tam non est probandus, quām qui fati nomine veritatem prædestinationis infamat: fati enim opinio nova est, & de falsitate concepta: prædestinationis autem fides, multa sanctorum Scripturarum auctoritate munita est, cui nullo modo fas est, ea quæ ab hominibus male aguntur ascribi, qui in proclivitatem cadendi, non ex conditione Dei, sed ex primi patris pravaricatione venerunt. Idem colligitur ex D. Thoma 2.2. quæst. 2. art. 5. ad 1. ubi ex Augustino docet auxilium gratiae hominibus in statu naturæ lapsæ, in peccatum præcedentis peccati, saltem originalis, interdum denegari. Id etiam constabat ex dicendis in Tractatu de prædestinatione, ubi ostendemus, juxta doctrinam utriusque

E sancti Doctoris, reprobationem negativam (id art. 3. Dicitur. Tom. I.

ex decretum denegandi gloriam ut beneficium indebitum) fiet ex prævisione peccati originalis, ac proinde primam permissionem peccai (qua non solum importat denegationem auxilii efficacis, sed etiam decretum influendi per modum primæ causa, & universalis totius entis provisoris, in matriale peccati) esse illius effectum.

250 Ex hac doctrina facile intelliges & expones locum D. Anselmi, cui potissimum confidunt Adversarii, defumptum ex libro de casu diaboli cap. 28. ubi, inquit, docet Deum non sponte dare concursum ad motum voluntatis præsumum, sed utripiatur permittere. Nam præterquam quod Anselmus in toto illo capite, ne verbum quidem habet de concursu Dei, & loquitur solum de malo uero, seu de abusu liberi arbitrii, quem dicit non esse à Deo, sicut ipsam volendi potestatem; facile posset explicari, juxta principia jam tradita, dicendo scilicet, influxum præsumum in matriale peccati, non dari sponte à Deo, & à voluntate creata aliquo modo rapi: quia illa, ut jam ostendimus, ratione propensionis quam haber ad peccatum in statu naturæ lapsæ, & ratione peccati præcedentis, falem originalis, Deum aliquo modo (objetivè scilicet & materialiter) moveret, & determinaret, ac veluti cogit ad præendum influxum & concursum præsumum ad matriale peccati. In quo etiam sensu posset explicari illud Isaiae. *Servire me fecisti in iniquitatibus tuis.*

251 Instabis rursus, & dices, hac response non evacuari penitus difficultatem, nam idem argumentum potest fieri de Angelis, & primis parentibus in statu innocentia, & queri, cur Deus illis denegaverit auxilia efficacia ad perseverandum, eosque prædeterminaverit ad matriale inobedientia, potius quam ad observantiam & impletionem præcepti? Cui difficultati non potest satisfieri, recurrendo ad culpam præcedentem, qua indignitate suā Deum moverit ac determinaverit, ad illis denegandum auxilia efficacia, & prædeterminandum ad matriale peccati, cùm illud peccatum fuerit omnium primum, & nullam culpam præcedentem supposuerit.

252 Respondeo primò, quod sicut Adversarii nul lam possunt assignare causam, cur Deus Angelis & primis parentibus denegaverit gratiam congruam ad perseverandum in bono, eosque posuerit in illis circumstantiis & occasionibus in quibus per scientiam medium præviderat illos in peccatum inobedientiæ infallibiliter esse lapsum; sed tenetur cum Apostolo recurrere ad inscrutabilia iudicia Dei: ita etiam nulla potest assignari ratio, cur Deus Angelis, & primis parentibus denegaverit auxilium efficacis ad impletendum præceptum, & eos ad matriale inobedientia prædeterminaverit, nisi quia ita voluit. Nec aliter responder Augustinus lib. II. de Genesi ad l. lit. cap. 10. ubi loquens de casu Adami & Angelorum ait: *sed posset inquit etiam ipsorum voluntatem in bonum convertere, quoniam omnipotens est.* Posset plane: cur ergo non fecit? quia noluit: cur noluerit, penes ipsum est.

253 Secundò respondeo cum eodem Augustino, quod Deus voluit permittere casum Adami & Angelorum, ut ostenderet defectibilitatem liberri arbitrii creati, quod ut dicit S. Doctor de corrept. & gratia cap. II. *Ad malum sufficit: ad bonum autem nihil est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono.* Et Tractatu de cantico novo cap. 8. Quid, inquit, valeat liberum arbitrium non adjutum, in ipso Adam demonstratum est. *Ad malum*

A sufficit sibi: *ad bonum, non, nisi adjuvetur à Deo.*

Denique cum Joanne à S. Thoma, aliisque recentioribus Thomistis, responderi potest, Deum fauile motu & determinatum ad denegandum Angelis & primis parentibus auxilium efficacis ad prædeterminandum illos ad matriale peccati inobedientiam, ab ipsam culpa concomitante, qua licet fieri in eodem instanti in quo, cum denegatione gratia, & prædeterminatione ad matriale peccati, utramque tamen præcellit prioritate naturæ, seu instanti à quo, in genere causæ materialis dispositiva: coqueterè modo, quo corruptio antecedit generationem, vel a contritionis & charitatis gratiam sanctificantem, à qua in sententia Thomistarum procedunt; & universaliter omnes dispositiones concomitantem, formam, à qua per modum proprietatis diminuant, ut docet S. Thomas p. quæst. 7. art. 13. ad 2. his verbis: *Calor qui est dispositus ad formam ignis, est effusus profluens à forma ignis: Vnde denique sicut apertio fenestra, qua licet efficiat procedat ab ingressu venti in aulam, ad ilam disponit, & illum in genere causæ materialis dispositiva antecedit: quia remoto impedimento habet veluti quadam dispositio, saltem negativa, ad introductionem formæ. Sicut ergo in praefatis exemplis patet, quod nunquam fieri generatio, nisi præcederet corruptio; nec forma ignis introduceretur in lignum, nisi per calorem ut oculo esset dispositum; nec peccator gratiam sanctificantem recipere, nisi eliceret actu contritionis & charitatis, nec denique venustaret in aulam, nisi fenestra apertur.*

Ita similiter, nisi homo vel Angelus prius naturæ determinaret ad formale peccati, vel ad materiale fundamentaliter sumptum, non prædeterminatur à Deo ad matriale materialiter sumptum, sed ad entitatem physicam, qua malitia mortali obsternitur.

Quod diximus de prædeterminatione temporali, applicari debet æternæ prædefinitioni, seu decreto prædeterminanti, à quo proficit, & cuius est executio; cademque mutua prioritas in diverso genere causæ, inter prædefinitionem materialis peccati, & prævisionem culpæ, seu determinationis ad formale, admitti. Unde sicut diximus, quod ideo Deus prædeterminat voluntatem creatam ad matriale peccati, quia illa prius naturæ leipsum determinat ad formale, vel ad materiale fundamentaliter sumptum. Ita etiam, juxta hanc solutionem & doctrinam, dicendum est, Deum entitatem & actualitatem in materiali peccati imbibit, idcirco ab æterno prædefinit, quia prævidit voluntatem creatam, seipsum ad formale, vel ad materiale fundamentaliter sumptum, ex propria malitia & defectibilitate determinaturam.

Sicut autem quaras, in quo medio talis præscientia fundetur? Breviter respondeo, illam fundari vel in decreto denegandi auxilium efficacis ad evitandum peccatum; supposita enim auxilii efficacis denegatione, sequitur infallibiliter (non quidem confectione physica, sed logica) ut alibi expositum quod voluntas peccabit, & ad formale peccati vel ad matriale fundamentaliter sumptum, le determinabitur. Sicut ex subtractione salis, sequitur infallibiliter corruptio carnium, vel ex remotione columbariæ sus lapidis.

Vel etiam dici potest (& hæc responso videtur, & principijs Thomistarum conformior) talem præscientiam non fundari in alio medio, quam in ipsam prædefinitione, seu decreto po-

trivo prædeterminandi voluntatem creatam ad A
materialiter peccati sumptum. Ut enim tale decretum habeat rationem medii re-
spectu illius, non requiritur, quod illam omnibusmodis, & in omni genere cauſa, antecedat,
sed sufficit quod eam præcedat in aliquo priori
nature, & infinitis à quo, in aliquo genere cauſa;
quamvis illa in alio genere supponat, & sub-
sequatur, ut constat in exemplis super aductis.

¹⁷ Ex dictis intelliges, quod licet decretum quo
Deus statuit ab eterno ad actus malos & pecca-
tinosos hominum & Angelorum concurrere,
in aliquo sensu, prædefinitio & prædeterminatio ap-
pellari possit; potest tamen etiam post definitio &
potest determinatio nuncupari: licet enim in aliquo

B
genere cause sit prior determinatione voluntati-
tis creata, in alio tamen est ea posterior, & ab illa
dependet, modo explicato, subindeque postde-
finitio, & postdeterminatione appellari potest.

¹⁸ Contra hanc doctrinam, & mutuam illam
in diverso genere cauſarum prioritatem, propon-
do ante Adversarii plures instantias, qua supra so-
lentur. Et de hoc iterum agendum erit in
Tractatu de justificatione, explicando mutuam
prioritatem cauſalitatis & dependentiae, quæ
inter gratiam sanctificantem, & actus contritio-
nis & charitatis intercedit.

Solum hic advertendum est, doctrinam illam
de mutua cauſarum dependentia & cauſalitate,
non esse Scholæ Thomisticæ peculiarem, sed
plures etiam ex Patribus Societatis eam ample-
xunt. Vazquez enim illa utitur in materia de justi-
ficatione, ad explicandum quomodo actus chari-
tatis & contritionis effectivè à gratia justifi-
cante procedant, & nihil minus ad illam dis-
ponant. Bellarminus etiam illam mutuam de-
pendentiam inter voluntatis actum, & judici-
um practice prædicum à quo dirigitur agnoscit.

Eruper Claudio Typhanus, ejusdem Theologus, librum edidit de ordine, deque priori &
posteriori, in quo fusissimè disserit de hac mu-
tuæ antecellione diversi generis cauſarum. Cur
ergo nobis patiter non licebit illa hinc uti, ad di-
luenda argumenta quibus Adversarii nos ur-
gent, & clavum clavo trudere, ac subtilitates
scholæ, alias subtilitatibus enodare? Præsertim
cum Cardinalis Delugo ingenuè fatetur, Vaz-
quez & alios qui mutuam illam prioritatem in
diverso genere cauſa admittunt, non posse impa-
gnare efficaciter præmotionem physicam, &
gatiam prædeterminantem, quam Thomistæ
doceant, eaque mutuæ prioritate semel constitutâ,
Thomistæ qui ad illam confugerint, ab illorum
Recentiorum argumentis tutos esse. Et quam-
vis dateur doctrinam illam de mutua cauſarum
dependentia, non esse certam, vel demonstrabil-
em, nemo tamen inficiari potest, eam ad minus
efficaciter probabilem, multosq; tum intra tuin
extra Scholam D. Thoinæ habete defensores, ac
vaniatum naturæ tum gratiæ exemplis suaderi
posse, quod sufficit ad retundendum impetum
Adversariorum contra nostram sententiam,
qua ut communiter dicitur, Solvere probabiliter,
solvere evidenter.

§. XIII.

Proponuntur duo argumenta desumpta ex definitione
Tridentini, Lutheri & Calvinii errorem prescri-
bentis.

¹⁹ Obiciunt insuper quidam Recentiores defi-
nitionem Trident. scilicet 6. can. 6. ubi sic ha-

betur: Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias
suis malas facere, sed mala opera ita ut bona Deum o-
perari, non permisive solum, sed etiam propriè & per
se: adeo ut sit proprium opus eius, non minus proditio
Inde, quam vocatio Pauli, Anathema sit. Ex qua defi-
nitione Tridentini, duo eruunt argumenta
contra nostram sententiam. Primum est: In hoc
canone proscribitur error Lutheri & Calvinii, &
damnatur illud quod ipsi assertabant: At illi non
dicebant Deum esse authorem peccati formaliter,
aut formaliter instigare & movere ad ma-
lum; sed solum esse authorem illius voluntatis,
quæ homo dum peccat, consentit, & succumbit
tentationi, & ad illam voluntatem determinare;
imò ad voluntatem creatam reducebant ipsum
peccatum. Nam Calvinus lib. 2. instit. cap. 4. sic
ait: Excusatio impiorum, & quemque inde sequuntur
flagitia, opera Sathanæ nuncupantur: quorum ta-
men causa extra voluntatem humanam querenda non
est, ex qua radix mali surgit, in qua fundamentum re-
gni Sathanæ (hoc est peccatum) resideret. Ergo Tri-
dentini damnat formaliter opinionem, quæ
tenet Deum applicare voluntatem creatam ad
entitatem, sive materiale peccati.

Secundum argumentum sic à quibusdam Re- 260
centioribus proponitur. Concilium in illo ca-

none damnat sententiam quæ docet Deum non
se habere permisive solum in ordine ad pecca-

Cta: Sed hoc sequitur ex sententia quæ asserit
Deum prædefine & prædeterminare materiale
peccati: Ergo hæc sententia cum definitione
Tridentini cohærente nequit. Major patet, Mi-
nor vero probatur. Qui causat aliquid ad quod
aliud infallibiliter & inevitabiliter sequitur,
non censetur, nec dici potest (nisi abusivè & nu-
gatoriè) se habere permisive solum in ordine ad
illud. Nam quia mors & cæcitas v. g. infallibili-
ter, & inevitabiliter, ad abscessionem capitis, aut
confixionem oculorum, sequuntur; absurdum
& ridiculū esset assertere, quod ille qui alteri ca-
put abscondit, vel oculos configit, permisive
tantum se habeat ad ejus mortem, vel cœcita-
tem. Sed ex prædefinitione & prædetermina-
tione materialis peccati, infallibiliter, & inevitabili-
liter sequitur peccatum: quia impossibile est ut
homo habeat actum positivum odii Dei v. g. in
voluntate, & actum intellectus quo cognoscit
per judicium indiferens, hunc actum esse ma-
lum & prohibitum, & non peccet: Ergo &c.

Confirmatur primò: Deum permisive con- 261
currere ad aliquid, est illud non impedire, cum
possit: Sed posita prædeterminatione ad mate-
rialiter peccati, Deus non potest impedire seque-
lam malitiae, ut jam ostendimus: Ergo nec per-
missive ad illam se habere.

Confirmatur secundò: Ut Deus prædetermi- 262
nans voluntatem ad materiale peccati, posset di-
ci se habere permisive solum in ordine ad for-
male, oportet quod posito materiali, restaret
ad huc aliqua alia actio, per quam produceretur
formale: Sed posito materiali nulla restat actio,
per quam producatur formale, cum illud imme-
diatè resultet ad positionem materialis, sicut re-
lations & privationes immediatè resultant ad
positionem fundamenti: Ergo Deus prædeter-
minans voluntatem ad materiale peccati, non
potest dici se habere permisive in ordine
ad formam.

§. XIV.

§. XIV.

Retorquentur haec argumenta in Adversarios.

ANequam his argumentis directe & in forma respondemus, oportet breviter illa in Adversarios retorquere, & ostendere difficultatem in illis contentam, esse nobis & illis communem.

263 In primis ergo juxta Adversariorum principia, concursus divinus sequitur nutum voluntatis creare, & illius determinationem: unde cum voluntas creata non semper se determinet ad bonum, sed quandoque ad malum, concursus Dei aequaliter se extendit ad bonum & ad malum; & absque illo discrimine effectivo (quidquid sit de affectivo) utrumque caufat, & ad utrumque mediā voluntatis determinatione transit. Et sic juxta hanc sententiam, & modum explicandi concursum divinum, non minus est opus Dei proditio Iudæ, quam vocatio Pauli: quod in Luthero & Calvinio damnat Tridentinum canone suprà relato.

264 Secundò, Ille qui ponit aliquem in occasionibus & circumstantiis, in quibus prævidit illum infallibiliter peccatum, censetur, moraliter falter, in ejus peccatum influere; illumque moraliter premoveare & prædeterminare ad peccandum, cum occasiones ad peccandum, ad peccatum moraliter moveant & excitent, illudque moraliter caufent, juxta illud communem Gallorum proloquium. L'OCCASION FAIT LE LARRON. Unde cum in sententia Adversariorum, Deus interdum ponat homines in illis circumstantiis & occasionibus, in quibus perscientiam mediā præscivit illos peccatores, potius quām in aliis in quibus prævidit eos bene operatores, videtur esse causa, saltem moralis, cui homines peccent, & homines ad peccandum moraliter premoveare & prædeterminare, quod est in secundū errorem Calvini suprà impugnatum incidere.

265 Nec valet si dicas, illa inconvenientia non sequi ex Adversariorum sententia, quia Deus non tenet ponere homines in illis occasionibus in quibus prævidit illos bene operatores, sed potest interdum, propter occultos fines suæ providentiaz, eos constitutre in illis in quibus prædicti, vite eos lapsum. Maximè quia positis illis circumstantiis & occasionibus, homo potest (potentia saltem antecedente, & in sensu diviso) non peccare, & bene operari.

Non valet, inquam, hæc responsio, nam præterquam quod illa non salvat, quin Deus sit causa moralis peccati; sicut enim occasions peccandi moraliter movent & incitant ad peccandum, ita & qui ponit hominem in illis, censetur esse causa moralis cui incedat in peccatum idem omnino dicunt Thomistæ de prædeterminatione ad materiale peccati, Deum scilicet non tenet semper prædeterminare physicè hominem ad actus bonos, & honestos, ac rectæ rationi conformes, sed interdum, propter occultos sua providentiaz fines, posse illum ad materiale peccati, per modum prima cause, & universalis totius entis provisoris, prædeterminare: maximè in statu naturæ lapsus, & per peccatum originale vitiate, in quo appetitus sensitivus, propter rebellionem concupiscentiæ, valde inclinatur ad bonum sensibile contrarium rationi. Addunt etiam Thomistæ, quod voluntas creata sub tali prædeterminatione posita, manet perfectè liberta, & retinet potentiam proximam & expeditam ad non ponendum illum aetum ad quem à Deo

A prædeterminatur: unde si hæc responsio valeat pro scientiæ media defensoribus, valebit etiam pro Thomistis, & aliis physicæ prædeterminacionis assertoribus.

Nec obstat si instes, & dicas, hoc interesse discriben inter nostram & Adversariorum sententiam, quod in nostra sententia, concursus Dei determinat voluntatem creatam ad enitatem actus, a quo malitia est inseparabilis: è contrario juxta Adversariorum principia, Dei concursus à voluntate creata ad specie actus determinatur. Non valet, inquam, hæc instantia, quia licet Adversarii doceant, concursum divinum à voluntate creata ad speciem actus determinant; volunt tamē talēm concursum ipsam determinare quantum ad individuum, in quo (ut supra ostendimus) aliqua malitia specialis repertum, quæ illi secundum rationem specificam non convenit: unde si Deus determinans voluntatem ad enitatem & speciem actus in esse physico & naturali consideratam, a quo malitia est inseparabilis, non possit dici, nisi abusivè & nugatorie, talēm malitiam permittere; non poterit similiter, nisi ridiculè & abusivè, censeri caufa solūm permissiva illius specialis malitie, quæ eidē actu convenit ex individuali ratione. Quare omnia argumenta quæ sunt ab Adversariis contra determinationem ad speciem actus, possunt in illos retrorqueri, & fieri contra determinationem ad individuum. His præmissis: non erit nobis difficile argumenta proposita dissolvere, & ad his aranearum telis nos expedire. Unde fit

§. XV.

Solvitur primum argumentum ex definitione Tridentini desumptum.

Adprimum ergo argumentum ex definitione Tridentini desumptum, dicendum est. Concilium in illo canone damnare illam opinionem, seu potius hæresim, quæ tener Deum movere & inclinare voluntatem ad materiale peccati, eo genere motionis que necessario debet ad formale se extenderet: qualis et atque Lutherus & Calvinus admittabant. Luthernim dicebat Deum producere in voluntate mente passivè se habentes actiones nostras, fore bonas, sive malas. Calvinus vero ertoret, Luther aliquo modo temperans, fatebar quidem voluntatem activè in suis actus, sive bonos, sive malos influere, & ad utrosque à Deo moveri & applicari: sed addebat voluntatem creatam, sub divina motione & applicatione, non servata in differentiam actualiæ, nec rei nre potentiam ad oppositum, sed à Deo moveri solū spontaneè, & sine coactione, & sicut equus ad currentem movetur à fessore. Ex quo evidenter sequitur, quod si in actibus voluntatis ratio motæ & applicata à Deo, reperiatur peccatum, illud in Deum ut authorem, non verò in voluntatem creatam refundendum sit, & quod proprium eius opus sit non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli. Quare ut Concilium hanc erroris in suo principio elideret, canonem illam in quo illum proscriptit, sic incipit: *Si quis dicat non esse in potestate hominis vias suas malas facere &c.* Quibus verbis aperte declarat, idcirco Lutherum & Calvinum docuisse, Deum in nobis mala operita ut bona operari, non permissive solū, sed proprie & per se, quia sentiebāt, Deum ita movere homines ad agendum, ut non sit in potestate hominis vias suas

fas malas facere. Unde ipse Lutherus in assertione 36. sic loquitur: Quomodo potest homo ad bonum preparare, cum neque in potestate quae sit viae fas malas facere: nam & mala opera in eo ipsius operatus Deus, ut enim Proverb. 14. dicitur, omnia propter se ipsum operatus est Dominus, etiam iniquum ad diem malum. Quis audet negare se etiam in malo operibus saepe coactum, aliud facere quam coquenter? Ex quo alio loco ait: Si praeceps Deum Iudam fore proditorem, necessario Iudas fieberat proditor, nescierat manu Iude, aut ullius creature, alter faceatur. Lutherus concinit Calvinus lib. 3. instit. cap. 23. num. 9. ubi ait: Excusabiles peccando haberi voluntates, quia evadere nequeunt peccandi necessitatem: propter quae ex Dei ordinatione sibi injiciatur humani necessitas. Idem docet Zwinglius sermone de Providentia cap. 6. ubi ait: Coactus est homo ad peccandum. Et Beza in summa Christianismi pagina 16. ait: Omnia ita necessario ex Dei immutabiliter evenire, ut secundum illud Iudei necessarium omnium proderit, Herodes & Pilatus necessarium omnium condemnaverint. Unde quamvis illi hæretici interdum alterant, se non refundere malitiam peccatum Deum, sed in voluntatem crearam, hoc ipso tamen quod tales admittunt voluntatis motum, que non relinquit in ea indifferenticiam aliam, seu potentiam ad oppositum, sed solam spontaneitatem, & immunitatem a coactione; verbis negant quod te affirmant, & sibi contradicunt. Quod mirum non est, cum Nicolaus Romanus in libro qui inscribitur, Calvinus effigie, speculo 9. & 10. quorun titulus, Calvinus sibi disulter, ostendat librum institutionum Calvini esse centonem contradictionum, & numeret viagii primarias, & plusquam sexcentas contradictiones.

Addo cum Valentia i. p. quæst. 19. puncto 3. afferente 4. quod quando Calvinus ait, Dei voluntatem nunquam tendere in malum, nec velle hominem malitiam, solum intendit, Deum eam non velle per se, & quatenus habet rationem mali, sed per accidentem tantum, & in quantum induit rationes boni, seu mediis ad manifestationem sua justitia vel misericordie conducant. Unde, juxta Calvinum, Deus ad omne genus peccati, etiam cum deformitate sumpri, comparatur sicut ille qui dicit mendacium, alicujus commodi & utilitatis cuius honestatum.

Ex his facile intelliges, non minus vastum Chosinter nos & Calvinum jacere, quam quo Abraham epuloni inclinabat, illum a La zaro dire & esse temotum, ut fuisse in Apologia Thomistorum art. 7. ostendimus, ibique omnia quæ P. Annarus in libro de scientia media disp. 4. cap. ultimo proponit argumenta dissolvimus. Unde ad hunc locum Lectorem remittimus, ne eadem inutiliter repetamus.

§. XVI.

Aliud argumentum ex Tridentino desumptum diluitur.

Ad secundum argumentum ex eodem Canonice Tridentini desumptum, facile respondeatur, concessâ Majori, negando Minorem. Ad cuius probacionem, in primis dico quod Julianus olim simili argumentatione utebatur, ad probandum non dari peccatum originale in parvulis; sic enim ratio nobis abatur. Deus est causa corporum, sexuum, conjunctionum: Ergo ex generatione

A prolixi non sequitur peccatum, alioquin Deo attribueretur. Cui responderet S. Augustinus lib. 3. quem scriptit contra illum, cap. 9. Sicut de prole adulorum, si ego dicarem: tot malorum, id est lascivia, turpitudinis, criminis, bonus fructus esse non potuit: recte mihi responderes, hominem qui de adulterio natus est, non esse fructum lascivia, turpitudinis, criminis, quorum malorum author est diabolus: sed corporum, sexuum, conjunctionum, quorum honorum author est Deus. Sic ergo tibi rectissime dico: malum cum quo nascitur homo, non esse fructum corporum, sexuum, conjunctionum, quorum honorum author est Deus: sed prima prævaricationis, cuius author est diabolus. Ita similiter nos respondere possumus, quod Deus non est author peccati, quamvis prædeterminet

B voluntatem ad materiale, ex quo malitia sequitur; quia illa non resultat ex materiali, prout est à Deo, ut prima causa efficiente, sed prout exit à voluntate creata, ut prima causa deficiente, & differt ad regulas morum operante. Unde docet Capreolus in 2. dist. 37. art. 3. ad 3. quod si Deus substantiam odii Dei, aut alterius actus mali, se solo produceret, aut conservaret extra omne subiectum, non propterea peccaret, neque talis actus odii Dei esset peccatum, neque haberet deformitatem odii Dei; sed quod talis deformitas non necessaria sequatur substantiam talis actus in se, vel eripit ut à Deo procedit, se solum ut procedit à libero arbitrio defectibili, suoque illo actu receidente alege, & à recto ordine ad Deum ut finem ultimum.

C Informa igitur respondeo, distinguendo illam propositionem. Qui causat aliquid ad quod aliud infallibiliter & inevitabiliter sequitur, non censetur, nec dici potest se habere solum permisive in ordine ad illud: si sequatur ad illud consecutio-ne physicâ, seu causalitatis, concedo. Si ad illud sequatur consecutio-ne tantum logicâ, & illationis, nego. Nam ad motum vitalem tibit curva sequitur infallibiliter & inevitabiliter claudatio; & tamen anima causans illum motum, non censetur esse causa positiva, sed tantum permisiva talis defectus. Item, ut suprà dicebamus, Deus causat generationem hominis, ad quam infallibiliter sequitur peccatum originale, & tamen tale peccatum non causat, sed tantum permittit. Similiter in sensu Adversariorum, ad positionem hominis in occasionibus & circumstantiis in quibus Deus per scientiam medium illum prævidit peccatum, infallibiliter sequitur peccatum; & tamen Deus non censetur illud velle, vel causare, sed tantum permittere. Denique, ut suprà arguimus, ad determinationem voluntatis ad individuum actus mali & peccaminosi, sequitur infallibiliter aliqua specialis malitia & deformitas, quæ illi secundum suam rationem specificam non con-

D E venit; & tamen quia hæc non sequitur ex divino concurso determinante voluntatem ad tales actus in individuo, consecutio-ne physicâ, sed tantum logicâ, Adversarii docent Deum non se habere positivè, sed tantum permisive in ordine ad illam. Quid ergo idem nobis licebit responderem de concursu prævio determinante voluntatem ad materiale peccati? Nam similiter ejus malitia & deformitas non sequitur ad tales prædeterminationem consecutio-ne physicâ & causalitatis, sed tantum consecutio-ne logicâ & illationis. Unde exempla quæ ab Adversariis adducuntur, non sunt ad rem; quia mors & carcer, cum sint inter sphaera activitatis causalium secundarum.

DISPUTATIO OCTAVA

340

sequuntur per se, & ex natura rei, & consecutio-
ne Physica, ad inflictionem vulneris lethalis, &
confixionem oculorum. Malitia autem & de-
formitas peccati, cùm non sit intra sphæram
causalitatis divinæ, nec continetur sub objec-
to formalí divinæ omnipotentia, quæ solum
respicit id omne quod est in Deum ultimum fi-
nem ordinabile, non resultat, nec sequitur ex
prædeterminatione voluntatis ad materiale
peccati, consecutione physica, sed tantum lo-
gicā, ut exposuimus Tractatu p̄æcedentis:

Diss. Ad primam confirmationem, nego Majore-
rem: ut enim aliqua causa censetur permisive
solum se habere ad aliquem effectum, vel defec-
tum, non semper requiritur quod possit illum
impedire (saltem potentia consequenti, & in
sensu composito) sed sufficit quod talis effectus,
vel defectus, non continetur intra sphæram a-
ctivitatis illius, sed in aliam causam deficien-
tem, per se primò reducatur: ut constat exem-
plis adductis, præsertim exemplo animæ mo-
ventis tibiam curvam ad ambulandum, quæ de-
fectum claudicationis censetur permettere;
quamvis, suppositâ motione tibia, non possit
illum impedire. Idem cum proportione dicen-
dum est in proposito.

4 art.

5. 271.

Ad secundum negro etiam Majorem: nam
(ut in eodem exemplo, quo frequenter utius
D. Thomas persistamus) defectus claudicationis
immediatè resultat ad motum tibij curva, &
sine interventu alicuius novæ actionis; & ta-
mè anima censetur esse causa solum permisiva
illius. Item peccatum originale ex generatione
hominis inmediate resultat; & tamen Deus illi-
lud non positivè causat, sed tantum permittit.
Ergo similiter quamvis ex positione materialis
immediatè, & sine ullius novæ actionis inter-
ventu, formale resultet, non sequitur Deus
non esse causam tantum permisivam illius: ad
hoc enim sufficit quod malitia & deformitas
peccati, non resultet ex materiali & deformitate
Deo, & quod talis defectus intra sphæram di-
vinæ causalitatis & omnipotentia non continetur.
Et hæc sufficiente de providentia Dei im-
personalis. Tractatu sequenti, de prædestinatione,
quæ est specialis providentia, quam Deus habet
circa electos, & reprobatione, quæ ipsi oppri-
nitur, Deo favente disseremus; & plures ac ce-
lebres hujus temporis difficultates & con-
troversias, eā quā poterimus brevitate & perspi-
cuitate resolvemus.

*Finis Tomi primi Clypei Theologia Thomistica contra novos
eius impugnatores.*

